This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 07438389 8

[redacted]

NRNI
Schaufelberger

NOVA

CLAVIS HOMERICA:

Cujus ope

Aditus ad intelligendos ſine Interprete

ODYSSEÆ LIBROS

omnibus recluditur.

Interſperſæ ſunt ſelectæ Clariſſ. Virorum

Clarckii, Ernesti, Spondani, cet.

Annotationes & Scholia.

Opera

JOANNIS SCHAUFELBERGERI,

Publici in Schola Turic. Pædagogi.



ASTOR LIBRARY NEW-YORK

Tom. VI.

H. —— Λ.

TURICI,

Litteris Fuesslini et Socc.

MDCCLXVI.

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY

ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS
R L

LECTORIBUS
BENEVOLIS,
HOMERI Studioſis,
S. P.

OMinus neceſſe eſſe duco, longum Tomo iſti præmittere præfamen, dum Libri Odyſſ. quos complectitur, eodem, quo duo poſteriores antecedentis Tomi, modo ſint explanati. Licet autem Clav. hæc Hom. ope a *Celeb.* DAMMIO editi *Lexici*, quod merito Græcæ Eruditionis Theſaurus vocari poteſt, & quo de induſtria religioſe ſum uſus, longe aliam nunc acceperit formam; nunquam tamen perſuadere mihi poſſum, IV. illos Tomos, quos in *Iliadem* edidi, ut jam in notis *Ephem. Litter.* iteratis vicibus contenditur, & ſi centenis adhuc vicibus contenderetur, parum vel nihil ad *Hom.* intelligendum eſſe collaturos. Quamvis in ſuſcipiundo labore iſto neutiquam mecum conſtituerim, prolixam *Iliadis* explicationem exhibere; ſi enim hoc mihi fuiſſet propoſitum, loco Lexicorum manualium

nualium, quæ in conſilium vocavi, SUIDÆ, HESYCHII, aliorumque Lexica majora ac præſtantiora, inprimis autem EUSTATHII *Comment. in Hom.* conſuluiſſem, & hac ratione labor hic omnino longe majoris uſus fuiſſet: ſpero tamen, illos, quibus hoc ſubſidio uti lubet, id non ſine omni plane fructu eſſe facturos. Nullum dubium eſt, quin moleſtia, quæ cum Græcorum monumentorum lectione conjuncta eſt, & adoleſcentes ordinaria Lexica continuo evolvere cogit, permultos a Græcarum litterarum ſtudio deterreat. Hac neceſſitate liberati ſunt, qui IV. priores hujus Clavis Tomos adhibentes Homerum legere cupiunt: ut ea taceam, quæ citatis ſubſidiis, quæ ſane in pauciſſimorum juvenum manibus verſantur, uſus ad Poëtam iſtum melius intelligendum in medium protuli.

Exprobratur quidem mihi, hanc methodum non tantum ſermonem Græcum diſcere incipientibus parum facere ad eum facilius diſcendum; ſed eam etiam cauſſam eſſe poſſe, quod minori cum accu-

ratione

ione eum diſcant. Provocatur, ad id
ɔbandum, ad exemplum aliquod, &
tuitur, ſi ſemel ſciam, ἀγηγέρατο eſſe
ɔlur. plusq. perf. ind. Paſſ. v. ἀγείρω,
: alia vice, ſi iterum occurrat, ejus,
od audiverim, minus adhuc certum eſſe
ſſe. *Lexico* ergo *Dammiano* evoluto,
:c inveni, *ſub voce* ἀγείρω. περὶ δ' ἀυ-
ἀγηγέρατο ὅσοι ἄριστοι, circa eum con-
nſabant ſe fortiſſimus quiſque, *Il.* Δ.
1. & eſt plusq. perf. Paſſ. cum redupli-
tione Attica ab initio, & terminatione
nica & Attica, pro ἤγερντο. Sic Υ. 13.
μὲν (θεοὶ) Διὸς ἔνδον (in domo Jovis)
ηγέρατο, conveniebant in concilium.
ɔnferantur nunc cum his ea, quæ in
avi in *hæc loca* dicta ſunt, & judi-
ım in illam Criſin feratur. Si Clavem
am ſolis Grammaticis Annotationibus
ıpleviſſem, cui non vel primo intuitu
:dium creaſſet? (Ad hoc evitandum,
ıas non minus utiles quam neceſſarias
terſerui.) & qualem tum ii, quibus
ɔmen *Guſtus* ſemper in ore & penna
rſatur, de ea tuliſſent ſententiam?

Sed

Sed non pauci procul dubio dicent, me nunc labore iſto continuando ſuperſedere potuiſſe, poſtquam *Celeb.* DAMMIUS *Lexic.* ſuum edidit, quo omnes Homerum legentes ſibi magnopere devinxit. Hæc eſt objectio, quam providere facile potui, & quæ me ab hoc labore proſequendo propemodum detinuit: meæ enim menti cogitatio ſubiit, me hoc modo plagii criminis denuo incuſatum iri. Ab altera tamen parte cogitavi, multos fore, quibus Opus illud pretioſum ſibi comparandi facultas deſit. Et in eorum inprimis gratiam mihi animo propoſui, laborem hunc iterum adgredi: & nullus dubito, quin mecum majori cum voluptate, quam hactenus factum eſt, Homerum ſint lecturi. Quod ſi priores Tomi hujus Clav. ad *Iliadem* intelligendam minus ſufficientes ſint, ſuisque vitiis laborent, eis medela nunc adhibita eſt, & in poſterum adhibebitur.

At, nonnulli inquient: multos libros compilando, & ex iis unum conſcribendo, facilem ac commodam Auctoris nomen

men adipiſcendi eſſe viam. Non repugno; ec mirum, magnam eorum eſſe copiam, ui eam ingrediantur. De me autem, unquam ſum gloriam talem aucupatus, &, quicquid hactenus feci, licet non ad omnium *Saporem* fecerim, ad faciliora aliquo modo Juvenibus reddenda Græcarum litterarum ſtudia feci. Qui propoſitum meum aliter interpretantur, magna me afficiunt injuria.

Progredior nunc ad mentionem faciendam Virorum Celeb. qui nuper de editis Auct. Græcis ſunt meriti:

I. *Celeb.* JO. JAC. REISKE. 1766. edid. *Theocriti Reliquiarum* Tom. II. Viennæ & Lipſiæ.

II. *Cel.* SAM. FRID. NATH. MORUS. *eod. anno.* *Iſocratis Panegyricum* recenſuit, & Animadverſionibus illuſtravit. Lipſiæ.

Sunt & alii, quorum *Clar.* KLOTZIUS in *Actis* ſuis *Litter.* meminit.

I. *Cel.* NICOL. SCHWEBELIUS. 1762. ejus ſtudio prodiit: Ὀνοσάνδρου Στρατηγικός. *Onoſandri Strategicus.* ſive, de Imperatoris inſtitutione Liber. ad Codicum manuſcriptorum fidem expreſſus, & ex antiquorum Tacticorum potiſſimum collatione, Notis perpetuis Criticis emendatus. Norimbergæ. a)

II. *Cel.* HENR. VERHEYK. *eod. anno:* *Eutropii Breviarium Hiſtoriæ Romanæ*, cum Metaphraſi Græca *Pæanii* — recenſuit, ſuasque Adnotationes cum Indicibus copioſiſſimis addidit. Lugd. Bat. b.)

III. *Cel.* JEREM. MARKLANDUS. 1763. ejus cura prodierunt: Εὐριπίδου Ἱκέτιδες. *Euripidis* Drama: *Supplices mulieres.*

a.) *Vol. I. p. 22. ſqq.* b.) *p. 93. ſqq.*

lieres. Ad Codd. MSS. recenſitum, & Verſione correct. Notis uberioribus illuſtratum, &c. Londini. c.)

IV. *Mr. le Marquis d'* ARGENS. 1762 ejus cura prodiit *Ocellus Lucanus.* en Grec & en François, avec des Diſſertations ſur les principales Queſtions de la Metaphiſique, de la Phiſique, & de la Morale des Anciens, qui peuvent ſervir de ſuite à la Philoſophie du Bon Sens. à Berlin item: 1763.

Timée de Locres. en Grec & en François, avec Diſſertations &c. à Berlin. d.)

V. *Cel.* ANG. MAR. BANDINIUS. *eod. anno:* Καλλιμάχου Κυρηναίου Ὕμνοι. *Callimachi Cyrenæi Hymni.* — variantes Lectiones, ſelectas Annotationes & metricas aliquot Latinas Verſiones — adjecit BAND. Florentiæ. e.)

Prodierunt 1763. Norimbergæ, in Fol.

Antiquitates Græcæ & Romanæ, a Viro maxime reverendo atque doctiſſimo, *Dn.* BERNARDO DE MONTFAUCON, pluribus olim Voluminibus explanatæ, & Schematibus illuſtratæ: nunc autem ad commodiorem ſtudioſæ Juventutis uſum in compendium redactæ, & Figuris æneis forma minori exornatæ, a *Clar.* M. JOH. JAC. SCHATZIO. Notas Criticas paſſim adjecit Vir maxime Rever. atque Doctiſſ. *Dn.* JOH. SALOM. SEMLER.

c.) *p.* 190. *ſqq.* d.) *Vol. II. p.* 39. *ſqq.* e.) *p.* 140. *ſqq.*

Valete interim, *Lectores Humaniſſimi*, meque benevolentiæ Veſtræ commendatum habete. *Scripſi* TURICI, PRID. ID. AUGUSTI. MDCCLXVI.

Dulcedine carminis, & melliflua ſermonis ſuavitate, & jucundisſima denique rerum & verborum copia ac veritate HOMERUS ceteros omnes antecellit.

AUGUSTIN. *Confeſſ. Lib. I. Cap.* 14.

CLAVI

CLAVIS HOMERICA,

IN H. ODYSSEÆ.

V. 3.

Ἀγακλυτὸς, *Od.* Γ. 388.

V. 4.

Στῆσεν ἄρ' ἐν προθύροισι,] Currum nempe ad ædium introitus ſtitit. *Barneſius* & verſiones vulgatæ reddunt: *Conſtitit in veſtibulo.* Sed minus recte: ut liquet ex aliis locis, ubi vocem Στῆσεν uſurpat Poëta: Ἔνθ' ἵππους στῆσε θεὰ λευκώλενος Ἥρη, *Iliad.* E. 755. Στῆσαν ἄρ' ἡμιόνους τε καὶ ἵππους, ὄφρα πίοιεν, Ω. 350. Στῆσα δ' ἐν Αἰγύπτῳ ποταμῷ νέας ἀμφιελίσσας, *Odyſſ.* Ξ. 258. P. 427. CLARK.

V. 5.

Ἀπήνη, *Od.* Z. 57.

V. 8.

Θαλαμηπόλος, ου, ἡ, fœmina cubiculo præpoſita; in cubiculo herili verſans cura ſua, eine Kammerfrau oder Jungfer. Deinde in genere, cellæ aut penui præpoſita: nam ὁ θάλαμος non ſolum cubiculum, ſed & cellam, & quodvis conclave notat: eine Beſchlieſſerin.

Γρηῦς Ἀπειραίη θαλαμηπόλος Εὐρυμέδουσα. Sermo eſt de Nauſicaa, quæ rediens ex agro in ſuum conclave ſeceſſit, ibique a cubicularia ſua curatur.

V. 9.

Τήν ποτ' Ἀπείρηθεν νέες ἤγαγον] ἢ μάχης νόμῳ· ἢ κατὰ ἐμπορίαν. *Euſtath.*. Poſterior harum expoſitionum potior, quia Phæaces bellorum ſemper inſueti narrantur. Vide ſupra ad *Od.* Z. 270. Fortaſſe autem rectius intelligas, mulierem hanc captivam ex præda communi per piratiam (ut mos erat antiquis) quæſita, Alcinoo munus electam. Quæ & vocis γέρας maxime propria ſignificatio. Vide ad *Il.* Σ. 444. CLARK.

Quæ terra deſignetur, νῆες ἀυτὴν ἤγαγον Ἀπείρηθεν; quæ forma eſt ſicut Ἀθήνηθεν, Θήβηθεν, &c. a qua fortaſſe dicta eſt γρηῦς Ἀπειραίη, non ſatis liquet. Fortaſſe

notat hic ἤπειρος terram continentem in genere, in oppoſito inſularum.

Ἀμφιέλισσας, *Od.* Z. 264.

V. 10.

Ἕξελον, *Il.* Π. 56. Σ. 444.

V. 11.

Θεῦ δ' ὣς δῆμος ἄκουεν,] Et c'eſt comme les bons Rois doivent être écoutez, leurs paroles ſont reſpectables comme des oracles. DAC.

V. 12.

Λευκώλενος, pulcra & candida habens brachia cum lacertis. & a parte ad totum, formoſus. nam ejusmodi formoſitatis Epitheta imitantur conjectum oculorum. ſi quis conſpicit mulierem formoſam, quocunque conjicit oculos, id apparet ei admirabile. Si ergo forte ad brachia flexit oculos, dicit λευκώλενος: ſi ad pedes candidos ἀργυρόπεζα: ſi ad crines, ἐυπλόκαμος: ſi ad genas, καλλιπάρειος: &c. & ex ejusmodi parte totam pulcram vult intelligi. ceterum candida & plena brachia, magna ſunt pars formoſi corporis.

V. 13.

Εἴσω δόρπον ἐκόσμει, *i. e.* εὐπρεπῶς ἔταττε cœnam. Eſt ergo & verbum convivale: inſtruebat cœnam in domo, curabat cœnam. κοσμῆσαι ἵππους τε καὶ ἀνέρας, *i. e.* εὐτακτεῖν, bene diſponere & inſtruere aciem: nam κόσμος πολέμου, ordo pugnæ, eſt ἡ παράταξις, acies. *Il.* B. 554. ἐπὶ τάφρῳ κοσμηθέντες, ad foſſam diſpoſiti ordine, *Il.* Λ. 51. πένταχα κοσμηθέντες, in quinque agmina ordinati, *Il.* M. 87.

V. 15.

Φίλα φρονέουσ' Ὀδυσῆϊ, amica & utilia fovens animo erga Ulyſſem, amans Ulyſſem. Vide ad *Il.* Δ. 219. *Od.* A. 307. Z. 313.

V. 16.

Ἀντιβολήσας, *Od.* Z. 275.

Μήτις Φαιήκων — Κερτομέοι ἐπέεσσι, ne quis Phæacum jocoſa dicta proferat de hac re; inquit regia virgo, adducens ignotum hoſpitem facie honeſta: darüber ſpöttiſche Scherzreden führe. οἱ δ' ἐπελώβευον καὶ ἐκερτόμεον ἐπέεσσιν,

illi

illi vero illudebant id dictis & jocabantur, *Od.* B. 323. & in ſequentibus narrantur ii joci ſalſi. σὺ δὲ κερτομέων ἀγορεύεις, *Il.* B. 256. tu exprobratorie loqueris; tu acerbe ludens regem loqueris, *coll.* 255. ubi videtur eſſe oppoſitum: nos regi multa damus, tu, qui in id inveheris, nihil aliud niſi verba confers. παῖδες αἰεὶ κερτομέοντες, pueri ſemper illudentes veſpis illis, *Il.* Π. 261. ubi ſermo eſt de pueris, qui nidum veſparum vel crabronum ſæpius inceſſunt, eosque irritant.

V. 18.

Ὅτε δὴ ἄρ' ἔμελλε πόλιν δύσεσθαι, Cum jam urbem ingreſſurus eſſet.

πόλιν — ἐρατεινὴν, urbem — amabilem: ob amœnitatem & felicitatem terræ. ἐρατεινὸς, *Il.* I. 527.

V. 19.

Ἔνθα οἱ ἀντεβόλησε θεά, Tum occurrebat ei favens dea.

V. 20.

Παρθενικῇ, *ſcil.* κόρῃ, *Il.* Σ. 567.

Νεήνις, *ibid.* 418.

Κάλπις, ιος, & ιδος, ἡ, urna, ſitula, ἀγγεῖόν τι ὑδροδόχον, ein Waſſer-Krug. Eſt quaſi καλοῦσα πιεῖν, invitans ad bibendum.

Παρθενικῇ εἰκυῖα νεήνιδι, κάλπιν ἐχούσῃ, Virgini ſimilis juvenculæ, urceum aquæ ferenti, *vel* urnam aquatoriam tenenti: ex more antiquo virginum, aquas petentium. Vide ELSN. *Obſ. S.* WOLFII *Cur. Philol. ad Joh. IV.* 7. Ἔρχεται γυνὴ ἐκ τῆς Σαμαρείας ἀντλῆσαι ὕδωρ. nec non SCHLICHT. *Dec. Sacr. Obſ. VI.* §. *IV.*

V. 22.

Οὐκ ἄν μοι (εἰς *vel* πρὸς) δόμον ἀνέρος ἡγήσαιο; nonne mihi præeundo domum viri monſtrares? nonne me ad domum viri duceres?

V. 24.

Ἐγὼ ξεῖνος ταλαπείριος ἐνθάδ' ἱκάνω, Hic videri poſſit Etymologia a Poëta indicata, quaſi nomen ex τῆλε & περᾷν, procul ex aliquo loco tranſire, ſit compoſitum. Sed, utut non negamus, notionem τοῦ περᾷν ineſſe poſteriori parti compoſiti, ſiquidem ipſa ἡ πεῖρα ab eo verbo dicta eſt, quando quis conatur in ulteriora & in-

cognita pertingere: ſic prior pars per contextum ſatis determinatur eſſe a παλαμ. ἱκέτην παλαπείριον, *Od.* Z. 193.

v. 25.

Τηλόθεν ἐξ ἀπίης γαίης, Ex errore longo ad Phæaces delatus Ulyſſes hæc verba loquitur: unde manifeſtum eſt, ἀπίην in genere notare γῆν ἀπὸ ἀφεςῶσαν καὶ ἀλλοδαπήν. Vide ad *Il.* A. 270. ubi eadem verba Ulyſſes loquitur.

v. 30.

Ἴθι σιγῇ τοῖον,] Facetum τὸ τοῖον, cujus & alia, etiam apud Latinōs exempla; ut apud *Terentium* in Eunucho: *Ei ventulum* ſic *facito.* Prægreſſa puella monſtrat ingreſſu ſuo, quomodo incedere debeat. ERN. I tacite ſic. Neutrum τοῖον ſæpe eſt adverbialiter, pro οὕτως, adeo, ſic. τοῖον γὰρ ὑποτρομέουσιν ἅπαντες, adeo enim metu exterriti ſunt omnes, *Il.* X. 241. θαμὰ τοῖον ἐμισγόμεθ' ἀλλήλοισι, crebro ſic, uti nunc, verſabamur familiariter nobiſcum, *Od.* A. 209. τοῖον γὰρ ὑπέκφερον ὠκέες ἵπποι, adeo celeriter efferebant eos veloces equi, *Od.* Γ. 496. σιγῇ τοῖον ἀναστάντες τελέωμεν μῦθον, ſic tacite ſurgentes perficiamus conſilium deliberatum. vel etiam, ſilentio & ſine multis verbis efficiamus tale conſilium; & mens Antinoi eſt: loco verborum perficite rem ipſam, cædem nimirum Telemachi, *Od.* Δ. 776. *coll.* 771.

Ἐγὼ δ' ὁδὸν ἡγεμονεύσω, *Od.* Z. 261.

v. 31.

Μηδέ τιν' ἀνθρώπων προτιόσσεο, Ne reſpice animo tuo quemquam hominum horum, ne confide illis; nam non ſunt amici extraneorum: ſed ſoli mihi, inquit Minerva, fide, *i. e.* prudentiæ tuæ. κραδίη προτιόσσετ' ὄλεθρον, *Od.* E. 389.

v. 32.

Οὐ γὰρ ξείνους οἵδε μάλ' ἀνθρώπους ἀνέχονται, Non enim hi nimis tolerant hoſpites: ſie ſehen nicht gerne Fremde.] Notat Phæacas inhoſpitalitatis, quæ hinc manavit, quod, cum a ceteris hominibus diſtarent, αὐθάδεια quædam in eorum animis radices egerit; ut, dum ſibi ſolis vivunt, alienos non ſolum non curent, ſed etiam contumelioſe tractent, ſi in ſuam poteſtatem devenerint. Quod vitium

tium in iis regnare ſolet, qui ſolitudine delectantur, & in genere populis & gentibus aliarum commercio carentibus. SPOND.

V. 33.

Οὐδ' ἀγαπαζόμενοι φιλέουσι (ξείνους,) Neque benigne excipiunt & tractant. (hoſpites.) Θεὸν ὧδε βροτοὺς ἀγαπαζέμεν ἄντην, Deum ſic homines palam caros habere, ſich ihrer ſo offenbar herzlich anzunehmen, *Il.* Ω. 464.

V. 34.

Νηυσὶ θοῇσιν τοίγε πεποιθότες — *Ce ſont des hommes nez pour la marine,*] Et par conſéquent plus groſſiers & plus intraitables que les peuples qui cultivent les autres Arts. DAC.

V. 35.

Λαῖτμα μέγ' ἐκπερόωσιν, Æquor tranſeunt. pro ἐκπεράουσι, *contr.* ἐκπερῶσι. δόρυ ἀντικρὺ ἐξεπέρησεν, haſta e regione tranſiit, *Il.* Π. 346.

V. 36.

Τῶν νέες ὠκεῖαι, ὡσεὶ πτερὸν, ἠὲ νόημα, Horum naves veloces, veluti penna, ſive cogitatum. πτερὸν notat hic *avem*, a parte totam, & quidem velociſſimam, ἄρνιν ὠκυπέτην.

V. 38.

Ὁ δ' ἔπειτα μετ' ἴχνια βαῖνε θεοῖο, *Od.* Ε. 193.

V. 39.

Ναυσικλυτὸς, οῦ, ὁ, ἡ, navigandi peritia clarus.

V. 40.

Ἐρχόμενον. κατὰ ἄστυ διὰ σφέας, Vadentem per urbem inter & per ipſos, durch ſie hindurch gehend.

V. 41.

Δεινὴ θεὸς, Dea reverentiam ſibi parans.

Ἡ ῥά οἱ ἀχλὺν θεσπεσίην κατέχευε, *i. e.* exſpectabatur veſpertinum tempus, antequam ingrederetur urbem; & aliqua ex miniſtris Nauſicaæ fuit ei dux viæ: hoc vocat Poëta, nebula cingi a Minerva, ne videretur ab aliis, *coll.* 15. ἀμφὶ δ' Ἀθήνη πολλὴν ἠέρα χεῦε. Conf. KYPKE *Obſerv. S. in Act.* XIII. 11. Παραχρῆμα δὲ ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἀχλὺς καὶ σκότος.

V. 45.

Σκολόπεσσιν ἀρηρότα τείχεα, muros vallis apte munitos ; munimenta urbis, vallis denſe circumdata. σκόλοψ, *Il.* H. 441.

Θαῦμα ἰδέσθαι, *Od.* Z. 306.

V. 47.

Τοῖσι δὲ μύθων ἦρχε θεὰ, hoc τοῖσι non ſemper eſt ἐν τοῖσι, *inter hos :* ſed & ablativus, *his verbis*, ut apparet ex *h. l.*

V. 49.

Πεφραδέμεν, Indicare & monſtrare tibi. Jonica terminatione pro πεφραδεῖν, vel communiter φραδεῖν. Sic & in imperativo hujus formæ manet notio activa *indicandi.* μῦθον πέφραδε πᾶσι, orationem indica omnibus clare, *Od.* A. 273. pro φραδέ. Etiam in optativo, Θεοῖσι δὲ πᾶσι πεφράδοι, Diisque omnibus indicaret, *Il.* Ξ. 335. pro φράδοι.

V. 50.

Δαίτην δαινυμένους, Convivium celebrantes.

Μηδέ τι θυμῷ Τάρβει, nec quidquam verere.

V. 51.

Ταρβέω, *Il.* A. 331. B. 268. Δ. 388.

Θαρσαλέος, fiduciæ & animi plenus, animoſus, *Il.* E. 602.

V. 52.

Τελέθω. νὺξ δ' ἤδη τελέθει, nox jam regnat, *Il.* H. 282. Λυκίων ἀγοὶ, οἵπερ τὸ πάρος ζαχρηεῖς τελέθουσι, qui & aliàs magno impetu rem gerunt, *Il.* M. 347. ζαφλεγέες τελέθουσι, valde ſplendidi conſpiciuntur, & florent, *Il.* Φ. 465. οἶσθ', οἷαι νέου ἀνδρὸς ὑπερβασίαι τελέθουσι, noſti, qualia juvenis errata & extravagantiæ quaſi, exoriuntur, wie ſtark ſeine Ausſchweiffungen ſind, *Il.* Ψ. 589. ἵνα ἄρνες ἄφαρ κεραοὶ τελέθουσι, ubi agni ſtatim cornuti fiunt, *Od.* Δ. 85.

Εἰ καί ποθεν ἄλλοθεν ἔλθοι, *i. e.* εἰ καὶ ἀλλοδαπὸς εἴη ξένος.

V. 51. 52.

— θαρσαλέος γὰρ ἀνὴρ ἐν πᾶσιν ἀμείνων
Ἔργοισιν τελέθει, εἰ καί ποθεν ἄλλοθεν ἔλθοι.

— con-

— *conſtans enim & animoſus vir in omnibus melior & præſtantior*
Rebus eſt, etiam ſi quando aliunde veniat.] Il eſt certain que la timidité a gâté beaucoup de grandes affaires. Il faut de la hardieſſe; mais il faut que cette hardieſſe ſoit conduite par la prudence. DAC.

V. 53.

Δέσποινα, *Od.* Γ. 403.

Δέσποιναν μὲν πρῶτα κιχήσεαι, Reginam *ſeu* dominam primum invenies: *i. e.* accedes ad eam, eique ſupplicabis; & futurum eſt imperative,] Ad reginam prius accedere jubet, quod, ut arbitror, cùm muliebre genus afflictorum commiſeratione facilius tangatur, veriſimile eſt, procliviorem ad Ulyſſem humaniter excipiendum futuram Reginam. Siquidem forte & pro hominum illorum ingenio, de quibus *antea* dictum eſt: ὐ γὰρ ξείνυς οἵδε μάλ' ἀνθρώπυς ἀνέχονλαι, *&c.* poterat eſſe minus humanus Alcinous, & ad benevolentiam proclivis: quod ex eo videtur conſtare, quod *in ſeqq.* oporteat Alcinoum ad hoſpitalitatis officium ab heroë Echeneo excitari: quanquam & ille hanc gloriam Aretæ uxori eripiet. SPOND.

V. 54.

Ἀρήτη δ' ὄνομ' ἐςὶν ἐπώνυμον, nomen ejus eſt Arete, & quidem una cum re ipſa. ἐπώνυμος, cognominis, zubenamet. *in genere*, nominatus, benamet, *Il.* I. 558.

V. 58.

Ὁπλότατος, η, ον, maxime juvenis & aptus ad arma. Deinde &, minimus natu. propr. de viris adoleſcentibus; impropr. de puellis virginibus. Νέςορος ὁπλοτάτη θυγάτηρ, adulta tamen jam & nubilis, *Od.* Γ. 465.

Εὐρυμέδων, οντος, ὁ, rex Gigantum.

V. 59.

Ὃς ποθ' ὑπερθύμοισι Γιγάντεσσιν βασίλευεν, Qui olim ſuperbis Gigantibus imperabat.] Ex hoc *Homeri* loco, ut ex *S. Scripturis*, abunde conſtat, vaſtos & robuſtos homines olim extitiſſe, qui communem hominum ſtaturam excederent: de qua re *Kercherus* in Mundo Subterraneo, *Fazellus* de Rebus Siculis, *Cælius Rhodigin.* Lib. II. Cap. VI.

Hugo Grotius Lib. I. de Veritate Chriſt. Relig. &c. BAR-NES. Cont. etiam RICC. *Diſſ. Hom. Tom. I. Diſſ. XVIII. de ſtatura & robore priſcorum Herouin.* AUG. CALMETS Biol. Unterſuchungen, *Tom. I.* Unterſ. *II.* von den Rieſen.

V. 60.

Ὤλεσε λαὸν ἀτάσθαλον, ὤλετο δ' αὐτός, perdidit populum ſuum improbum, periitque ipſe. ἀτάσθαλα μηχανόωντο, iniqua moliebantur, *Il.* Λ 694. ſic μηχανόωνται, *Od.* Γ 207. οὔ τινα γάρ ῥέξας ἐξαίσιον οὔτε τι εἰπὼν … κεῖνός γ' οὔ ποτε πάμπαν ἀτάσθαλον ἄνδρα ἐώργει, nunquam omnino libidinoſe quid & inſolenter & præter morem bonum cuiquam faciebat, *Od.* Δ. 693.

V. 61.

Τῇ δὲ Ποσειδάων ἐμίγη, Cum ea vero Neptunus coiit.

V. 64.

Τὸν μὲν — βάλ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων] C'eſt-à-dire, qu'il mourût de mort ſubite. DAC.

Ἄκουρος, ου, ὁ, ἡ, filio carens, ſine prole maſcula, ἄπαις κούρου ἄρρενος, ohne Sohn: nam filiam habebat.

V. 65.

Νυμφίον — μίαν οἴην παῖδα λιπόντα, Recens maritum, relinquentem unicam filiam: eum ergo ſic dicit, qui juvenis nondum diu vixit in matrimonio. νυμφίος, *Il.* Ψ. 223. ſponſi, *i. e.* adoleſcentis, mox inituri matrimonium.

V. 66.

Τὴν δ' Ἀλκίνοος ποιήσατ' (*i. e.* ἔθετο, ἔχειν,) ἄκοιτιν, hanc vero Alcinous duxit uxorem.

V. 68.

Ὅσσαι νῦν γε γυναῖκες ὑπ' ἀνδράσιν οἶκον ἔχουσιν, Quotquot nunc mulieres nuptæ familiam habent, ſo viel als Hausmütter und Hauswirthinnen ſind.

V. 69.

Ὣς κείνη περὶ κῆρι τετίμηταί τε, καὶ ἔστιν, Sicut illa maxime ex animo honorata inque pretio habita eſt, & etiamnum habetur: nam ſæpe uxores primis menſibus vel annis caræ fuerunt, at nunc non ſunt adhuc.

V. 70.

Ἐκ, h. l. a, ab.

v. 71.

Οἱ μιν ῥα, Θεὸν ὥς, εἰσορόωντες, qui eam ſane, Deam aliquam veluti, intuentes, ſuſpicientes & venerantes.

v. 72.

Δειδέχαται μύθοισι. Excipiunt & ſalutant verbis. præt. perf. pro δεδέχνται, & notat εὐφημεῖν καὶ εὐλογεῖν, excipiunt lætis acclamationibus. οἱ σε Θεὸν ὣς δειδέχατ', qui te velut Deum aliquem excipiebant, tuæque dextræ & fidei ſe commendabant, *Il.* X. 435. πλησάμενος δ' οἴνοιο δέπας, δείδεκτ' Ἀχιλῆα, dextra ſua prehendit dextram Achillis, ut ſolebant propinantes, *Il.* I. 224. & 667. τοὺς μὲν ἄρα κυπέλλοις δειδέχατο ἄλλοθεν ἄλλος ἀναστάδον, ſalutabant poculis, & propinabant illis, prehenſis dextris. Sic & *Il.* Δ. 4. τοὶ δὲ χρυσέοις δεπάεσσι δειδέχατ' ἀλλήλους. notat ergo τὴν πρόποσιν: προπίνουσιν ἀλλήλοις οἱ ἀλλήλους δεπάεσσιν δεξιούμενοι, beym zutrinken gaben ſie ſich vorher die rechten Hände. qui mos & apud Romanos viguit.

Ὅτε στείχῃσ' ἀνὰ ἄστυ, quando per urbem ambulat.

v. 73.

Οὐ μὲν γάρ τι νόου γε καὶ αὐτὴ δεύεται ἐσθλοῦ, Non enim deeſt ei prudentia, οὐ δεῖται φρονήσεως, es fehlet ihr nicht am guten Verſtand, περίφρων ἐστί: & quidem etiam ipſa, ſicut & conjux ejus.

v. 74.

Οἷσίν τ' εὖ φρονέῃσι, καὶ ἀνδράσι νείκεα λύει, Et quibus bene cupiat, etiam viris lites dirimit, *ſcil.* regina Phæacum. & ſenſus eſt: οἷς ἂν ἀνδράσι εὖ φρονέοι, τούτοις λύει τὰ νείκεα, nam judicem aliâs non agit, niſi inter tales, quibus utrisque eſt amica, reliquos permittit judicio ordinario; & eſt tam ſapiens, ut ejus ſententia pronunciata ſtatim juſta appareat utrique parti litiganti. Si igitur capitur pro arbitra, δικαστικῶς λύει τὰ νείκεα, amice & ex benevolentia. Alii minus bene legunt, ᾗσι τ' εὐφροσύνῃσι, *i. e.* ἰδίαις φρονήσεσι. Alii ᾗσι τ' εὖ φρονέῃσι καὶ ἀνδράσι, *i. e.* αἷς γυναιξὶ φιλήδει καὶ οἷς ἀνδράσι προσέχει, ταύταις καὶ τούτοις λύει τὰ νείκεα, ut inter uxores & maritos arbitram agat. νείκεα λύσω αὐτοῖς, ſolvam illis lites ſuas inter ſe, διακρινῶ, *Il.* Ξ. 205. nam litigantes ſunt quaſi vincti invicem.

v. 75. 76.

Vide ad *Od.* Z. 313. 314.

v. 77.

Ὄικον ἐς ὑψόροφον, In alte cameratis conclavibus ædificatam domum, ita *Od.* E. 42.

v. 79.

Πόντον ἐπ' ἀτρύγετον, vide ad *Od.* Z. 226.

Σχερίην] ἡ τῶν Φαιάκων χώρα, ἡ νῆσος, καὶ ἡ Κέρκυρα τὸ πρότερον οὕτως ἐκαλεῖτο. *Schol.* Vid. ad *Od.* E. 34.

Ἐρατεινὸς, *Od.* Δ. 13.

v. 80.

Μαραθῶνα] τόπον τῆς Ἀττικῆς. *Schol.*

Ἐυρυάγυιος, Epith. *urbium magnarum & celebrium.* *Od.* Δ. 246.

Ἀθήνην,] νῦν τὴν πόλιν, τὰς Ἀθήνας. *Schol.*

Vias Athenarum quod attinet, in genere de iis dici poteſt, non admodum uniformes fuiſſe, nec pulchras, (ut refert *Dicæarchus in deſcriptione Græciæ,*) & quamvis *Homerus h. l.* ἐυρυάγυιαν nuncupet,

Ἵκετο δ' ἐς Μαραθῶνα, καὶ ἐυρυάγυιαν Ἀθήνην,

Venit autem Marathona, & latas plateas habentes Athenas. videtur tamen duntaxat magnitudinem, non vero pulchritudinem ipſarum deſignare; ita enim aliis in locis eodem epitheto uſus eſt. Magnus ſine dubio viarum numerus, ſed plurima earum nomina plane perierunt. POTT. *Tom. I. p.* 31.

v. 81.

Δῦνε δ' — δόμον, intrabat — domum.

Ἐρεχθεὺς, έως, *Jon.* ῆος, rex Athenarum, & ſimul ſacerdos Minervæ: adeo περίκλυτος, ὥστε πάνυ ἔχαιρον οἱ Ἀθηναῖοι Ἐρεχθεῖδαι λεγόμενοι.

Πυκινὸν δόμον, domum regiam bene munitam.

v. 82.

Πολλὰ δέ οἱ κῆρ Ὥρμαιν' ἱσταμένῳ, multa vero ei cor Cogitabat ſtanti.

v. 83.

Πρὶν χάλκεον οὐδὸν ἱκέσθαι, antequam ad æneum limen, domus Alcinoi regis, veniret.

v. 84.

le ad *Od.* Δ. 45.

v. 85.

ἐξεφὴς, *Od.* Δ. 15.

v. 86.

λκεοι μὲν γὰρ τοῖχοι ἐληλάδατ' (ἐληλάδατο, *pro* ἐληλαμένοι ἦσαν.) ἔνθα καὶ ἔνθα, Ærei etenim parietes ducti hinc atque hinc. ἐληλάδατ', plusq. perf. ind. Paſſ. ύνω. Vide FISCH. *Animadv. in* WELL. *Gramm.* . 259. Alii legunt ἐρηρέδατο, parietes ære obducti utrinque, waren mit Kupferblechen beſchlagen und ɔgen, anſtatt der Tapeten. v. ἐρείδω.

v. 87.

μυχὸν ἐξ οὐδοῦ, a limine usque ad interiora, in n interiorem domus a primo limine, von der Thüre s ganz hinten hin und zu innerſt.

γκὸς, οῦ, ὁ, eſt ἡ τοίχων κόμη ἢ στεφάνη ἢ στεφάνωσις, ι muri aut parietis ſuperna, ornatus cauſa & con- uvias. Eſt a θρὶξ, τριχὸς, a quo genitivo, inſerto t τριγχὸς, & deinde *Jonice* mutatis conſonis θριγκός. rgo θριγκὸς ὑπερκείμενος, καὶ οἱονεὶ τριχῶν δίκην κοσ- eine obere Einfaſſung einer Mauer oder Wand, zierde und zur Verdeckung wieder das Wetter.

ὶ δὲ θριγκὸς κυάνοιο, circa autem lorica ex cyano. , *Il.* Λ. 24.

v. 88.

σειαι δὲ θύραι πυκινὸν δόμον ἐντὸς ἔεργον, Inauratæ fores firmam domum concludebant, συνέκλειον.

v. 89.

ύρεοι δὲ σταθμοὶ ἐν χαλκέῳ ἕστασαν οὐδῷ, Argentei au- poſtes in cupreo ſtabant limine januæ, ſilberne ɔfoſten auf der küpfernen Unterſchwelle.

v. 90.

ερθύριον, ου, τὸ, limen ſuperius januæ, τὸ ἐπικείμε- ῖς θύραις, εἰς ὃ αἱ ἄνω στρόφιγγες ἁρμόζονται. ἀργύρεον (*ſc.* ἦν) ὑπερθύριον, in regia Alcinoi, argentatum liminare. niſi potius τὸ ὑπερθύριον eſt ornatus, ja- ſuper inductus; ut ἀργύρεον *h. l.* notet januam ar- genteis

genteis laminis ſuperinductam, der Ueberzug der Th war ſilbern: & ſic omnino eſſe videtur.

Κορώνη h. l. τὸ κρικίον, ᾧ ἐπισπᾶταί τις τὴν θύραν, c vum illud manubrium, quo janua attrahitur; vel marculus, quo janua pulſatur. χρυσέη δὲ κορώνη, in nua argenteis laminis ſuperinducta, in domo regia cinoi, regis Phæacum. Vides ergo magnificentiam tiquam in domibus ornandis, quam & rex Salomo templo ſuo adhibuit.

V. 91.

Χρύσειοι — καὶ ἀργύρεοι κύνες, Tales canes, a Vulc facti, dicuntur cuſtodire limen regis Alcinoi, immo les & ſenectuti non obnoxii: nam aurum & argent nec putredine perit, nec ſeneſcit unquam & preti ſuum amittit; *præterea* facti erant ea arte, quaſi vi rent & cuſtodirent.

V. 92.

Οὓς Ἥφαιστος ἔτευξεν ἰδυίῃσι πραπίδεσσι, *i. e.* ἐπισήμονι πραπίδεσσιν, ſehr künſtlich, ἐπισημόνως. Vide ad *Il.* Σ. 3

V. 94.

Ἀγήρως, *Od.* E. 218. *h. l.* accuſ. plur. *Atticus.*

V. 95.

Ἐν δὲ θρόνοι περὶ τοῖχον ἐρηρέδατ' (ἐρηρέδατο) ἔνθα ἔνθα, Intus vero ſellæ ad parietem erant acclinatæ ut que. Vide ad *v.* 86.

V. 96.

Ἐς μυχὸν ἐξ οὐδοῖο διαμπερὲς, In interiora loca a lir usque penitus.

Ἔνθ' ἐνὶ πέπλοι — βεβλήατο, ibi pepli — inſtrati e πέπλοι *h. l.* notant ἁπλῶς, ὕφασμά τι λαμπρὸν, & qui integumenta ſellarum, Stul- und Sitz-Tapeten Decken. ſic & φᾶρος & σπεῖρον ſæpe ſimpliciter ponu pro ὑφάσματι. — ἐνὶ — βεβλήατο eſt pro ἐμβέβληντο, ἐνεβέβληντο: lagen darinnen.

V. 97.

Λεπτοὶ ἐΰννητοι πέπλοι, Tenues bene neti pepli. λε ἐΰννητος, *Il.* Σ. 595. 596.

V. 98.

Ἑδριόωντο, *Il.* K. 198.

V. 99.

[illegible]ηἶανὸν γὰρ ἔχεσκον, abundanter enim habebant, *ſcil.* [illegible]aces, ad edendum & bibendum. Vide ad *Od.* Z. 86.

V. 100.

Χρύσειοι — κῦροι, Auratæ ſtatuæ juvenum, loco lych-[illegible]chorum.

Ἐϋδμήτων ἐπὶ βωμῶν, in baſibus bene ſtructis. ἐΰδμητος, A. 448.

Χρύσειοι δ᾽ ἄρα κῦροι ἐϋδμήτων ἐπὶ βωμῶν Ἕστασαν, Aurei [illegible]venes, *i. e.* inaurati λυχνῦχοι in forma κύρων λυχνοφό-[illegible], ſtabant in apte factis baſibus, auf-artig gemachten [illegible]ſgeſtellen. & id in aula regia Alcinoi.

V. 101.

Αἰθομένας δαΐδας μετὰ χερσὶν ἔχοντες, Vide ad *Od.* A. 428.

V. 102.

Δαιτυμόνες *h. l.* ſunt οἱ δαινύμενοι, qui una convivantur. Sed *Od.* Δ. 621. non ſunt οἱ φίλοι ἢ μνηστῆρες, ſed οἱ τὴν [illegible]αῖτα ἑτοιμάζοντες, nam οὗτοι πάντως τὰ μῆλα ἦγον. ſunt er-[illegible] domeſtici Ulyſſis, minus fidi dominis: nam de pro-[illegible] ipſis, ut convivis, ſequitur 625.

V. 104.

Ἀλετρεύω, *idem quod* ἀλέω, molo, comminuo frumenta in farinam tenuem.

Μύλη, ης, ἡ, mola.

Μήλωψ, ωπος, ὁ, pomi maturi colorem habens, apfel-gelb. a τὸ μῆλον, malum, ein Apfel, & ἡ ὀπωπή, *i. e.* ἡ θέα, adſpectus. μηλοπα καρπὸν, flavum triticum, τὸν σῖτον, ὡς μηλοειδῆ τὴν χροίαν, *i. e.* κιῤῥὸν καὶ ξανθόχρουν, unde & ἡ Δημήτηρ ξανθὴ dicitur.

V. 103. 104.

Panem ſolitæ olim *mulieres parare*, & cetera, quæ ad victum pertinebant. Sic in aula Alcinoi quinquaginta ancillæ, quarum aliæ frumentum mola contundebant, aliæ texebant, (*v. ſeq.*) Et in ædibus Ulyſſis ancillæ duodecim, quæ noctu molebant. *Odyſſ.* XX. 107. *Theophraſtus de Ruſticitate* ſimiliter ancillam molentem introducit, cui operam addit homo inſulſus, κᾆτ᾽ ἀλέσας μετ᾽ αὐτῆς τοῖς ἔνδον πᾶσι καὶ αὐτὰ τὰ ἐπιτήδεια. *Deinde vero cum illa* (ancilla panifica) *molere*, *& qua ſunt ad victum neceſſaria*, *tum*

tum ſibi tum univerſæ familiæ parare ſolet. Sic *Simoni mulieribus :*

> Ἡ δ᾽ὖλι᾽ ἔργα καὶ δύην περιτρέπει,
> Κοὔτ᾽ ἂν μύλης ψαύσειεν, οὔτε κόσκινον
> Ἄρειεν. — —
> *Hæc ſervilibus operibus anxie occupata*
> *Neque a mola unquam ceſſat , vel cribrum*
> *Seponit.* — —

Eo pertinet, quod dicitur in *Evang. Matthæi*, *Cap.* X. 41. Δύο ἀλήθουσαι ἐν τῷ μύλωνι· μία παραλαμβάνεται, μία ἀφίεται. *Duæ molentes in piſtrino erunt : quarum accipietur, altera relinquetur.* FEITH. *L. IV. C. III.* § Conf. etiam WOLF. *Cur. in Matth. XXIV.* 41. nec *Eundem* & BOS *Excercit. in Luc. XVII.* 35. Δύο ἔσονται ἀλήθουσαι ἐπὶ τὸ αὐτό.

v. 105.

Ὑφάω, texo, ich webe. ἱστὺς ὑφόωσι, pro ὑφάουσι, ὑφῶσι, & diſtracto circumflexo per inſertum ο. t texunt.

Ἠλάκατα στρωφῶσιν, penſa verſant nendo. Vide *Od.* Ζ. 53. & 306.

v. 106.

Μακεδνὸς, ἡ, ὸν, longus, procerus. a τὸ μᾶκος (pro μῆκος, εος, τὸ, longitudo,) eſt adjectivum μακ νὸς, & *per Sync.* μακεδνός.

Οἷά τε φύλλα μακεδνῆς αἰγείροιο, texentes & ne ancillæ comparantur foliis populi, διὰ τὸ εὐκίνητον συνεχὲς τῆς τῶν δμωῶν ἐργασίας: εὐκραδάντα γὰρ τὰ τῶν γείρων φύλλα διὰ τὸ ὕψος, ſemper in motu ſunt folia puli, maxime ob altitudinem arboris: hinc & μακ additum, *i. e.* μακρὰ, ἐπιμήκης, procera: ſo wie Blätter der hohen Pappelweide ſich immer mit Geräu bewegen; ſo gieng die Arbeit der Mägdchen immer fr fort. qualia folia populi arboris, quæ ſemper ſunt motu; ſic operoſæ ſemper & agentes aliquid mulie illæ apud Phæaces.

v. 107.

Καιρόεις, όεσσα, όεν, bene contextus & compactus cio, dichte zuſammengeſchlagen im weben. καιροσέων ό

νέ

pro καιροσσέων ὀθονέων. ab ἡ καιρόεσσα ὀθόνη, i. e.
ε, εὖ κεκαιρωμένη. a καιρόω, licio contexo. ἀγαθὸν
τὸ καίρωμα, i. e. μίτωμα. Eſt ergo καιροσέων per
:heſin litterarum Jonicam, abjecto uno ſigma. καῖ-
κ, ὁ, licium, der Einſchlag am Gewebe, ὁ μίτος.
·όνη. ἀργεννῇς καλυψαμένη ὀθόναις, *Il.* Γ. 141. ubi plu-
eſt loco ſingularis: candido induſio velata; & ſer-
ſt de Helena formoſa. αἱ μὲν (παρθένοι) λεπτὰς
εἶχον, οἱ δὲ (ἠΐθεοι, adoleſcentes mares) χιτῶνας,
ιes ſaltantes in choro geſtabant induſia tenuia, pueri
tunicas, *Il.* Σ. 595. ubi vides, ὀθόνας λεπτὰς eſſe
γυναικεῖα, ob tenuitatem ſuam pellucentia, qualia
: erant multitia: χιτῶνες vero ſunt viriles non λεπτοὶ
ανεῖς, ſed denſiores.
λείβω, defluere facio.
οσέων δ' ὀθονέων ἀπολείβεται ὑγρὸν ἔλαιον, per Epithe-
eterminantur lintea, tenuia quidem filis, at ita
& arcte contexta, ut ne oleum quidem per ea
et, ſed defluat.

V. 108.

ον Φαίηκες πέρι πάντων ἴδριες ἀνδρῶν, Tantum Phæa-
pra omnes ſunt periti homines.

V. 109.

νες) Νῆα θοὴν ἐνὶ πόντῳ ἐλαυνέμεν, (pro ἐλαύνειν,)
.) In celeri nave per pontum dirigenda, erfahrne
Leuthe. ἴδρις ἀνὴρ, *Od.* Z. 233.
δὲ γυναῖκες, ſic & fœminæ.

V. 110.

τεχνῆσαι, (peritæ) In tela texenda, (aptæ) Ad
)ſe texendum, mit dem weben künſtlich umzuge-
δ' εὖ τεχνήσατο καὶ τά, *Od.* E. 259.
γάρ σφισι δῶκεν Ἀθήνη κ. τ. λ. ſupra modum enim
dit Pallas &c.

V. 111.

ς ἐσθλάς, ingenium ſolers & præſtans. Vide ad
117.

V. 112.

θεν δ' αὐλῆς μέγας ὄρχατος κ. τ. λ. de horto regio
ulam regiam Alcinoi: & is hortus variis arboribus
ordine

ordine conſitus erat, & vitibus. Vide Hrn. Breitin Critiſche Dichtkunſt, *Tom. I. p.* 274. *ſqq.* Du BOS tracht. über die Poeſie und Mahlerey, *Tom. II.* Abſ 37. *p.* 507. (Kopenhagen 1760.)

Ὄρχατος, ου, ὁ, *idem quod* ὄρχος, ου; ὁ, ſeries pla tarum arborum, eine Allee. in genere, plantæ or diſpoſitæ, inter quas ambulari poteſt, hortus bene dinatus. ἡ κατὰ τάξιν φυτεία, qualis maxime in vi locum habet.

V. 113.

Τετράγυιος, ου, ὁ, ἡ, portio agri, ου ἑκάστη τῶν τε ρων πλευρῶν γύην (determinatam menſuram) εἶχε, ἢ τετράπλεθρος ἢ τετραπλέθρος, τετράγωνος, & hinc ἰσόπ ρος. In ſpecie τὸ τετράγυιον erat διάστημά τι, ὅσον ἦν τριῶν δι' ἡμέρας τοὺς ἀγαθοὺς ἐργάτας, καὶ χρωμένους ὁμοίοις, ein Acker von vier Stücken. μέγας ὄρχατος τε γυιος, magnus hortus quadratus: ubi figura videtur nui. a τέτορ, in Compoſit. idem quod τέτταρα, quat & γύα, *Jon.* γύη, ης, ἡ, ſcribitur & γυίη, ης, men certa terræ, jugerum, ein Stück Acker, ein Mo Landes. quod ab ἡ γέα, *vel* γαῖα. in genere eſt arv ein tragbar Feld.

Περὶ δ' ἕρκος ἐλήλαται, ſeptum autem circa ductum iſt drum herum gezogen.

Ἀμφοτέρωθεν, *adv.* utrinque, von beyden Seiten. Poëta ſæpe eſt pro πάντοθεν, undique. ex. gr. *h. l.* de tetragono ſermo eſt, quod includitur ſepto undi nam latera parallela Poëta ſumit pro uno. ut igitu tragonum duo parallela latera habeat. Ergo *h. l.* ἀ τέρωθεν eſt pro τετραχόθεν, πανταχόθεν.

V. 114.

Δένδρεα μακρὰ πεφύκει, *Od.* E. 238. & 241.

Δένδρεα - τηλεθόωντα, arbores - virentes. ὕλη - τηλεθ *Od.* E. 63.

V. 115.

Ὄγχνη, ης, ἡ, pirus ſylveſtris, ein Holzbirnbä Deinde in genere notat arborem pirum, etiam ho ſem & ſativam, ut *h. l.*

Ῥοιὰ, & ῥοιὰ, ᾶς, ἡ, malus punica, &, malum punicum, ein Granatapfelbaum, und, ein Granatapfel. Notat enim hoc nomen & δένδρον & καρπόν, ſicut ἡ ἐλαία, quæ arborem & pomum ejus notat. *h. l.* dicitur de arbore.

Μηλέα, ας, ἡ, malus, ein Apfelbaum.

Ἀγλαόκαρπος, ου, ὁ, ἡ, ſplendido fructu ornatus. μηλέαι ἀγλαόκαρποι, mali egregium fructum habentes, ſchöne Apfelbäume voll Aepfel.

V. 116.

Συκῆ, ῆς, ἡ, ficus arbor. συκαὶ γλυκεραὶ, ficus dulces.

Ἐλαία, ας, ἡ, olea, ein Oelbaum. arbor Minervæ olim ſacra, ſemper viridis & pinguis, ἀεὶ τὸ κάλλος φυλάσσουσα. & fortaſſe Minervæ ſacrata διὰ τὸν ἐξ αὐτῆς γλαυκῶπα καρπόν: magis tamen, quia magna harum arborum copia erat in terra Attica, quæ terra Minervæ erat quaſi propria. ἐλαῖαι τηλεθόωσαι, oleæ vireſcentes.

V. 117.

Τάων οὔποτε καρπὸς ἀπόλλυται, Harum arborum fructus nunquam perit: οὐχ ὑπό τινος πάθους φθείρεται.

Καρπὸς οὐκ ἐπιλείπει ἐπετήσιος, fructus non deficit per annum: οὐ δαπανώμενος ἀπολείπει, man kan die Frucht nicht alle verzehren.

V. 118.

Χεῖμα, ατος, τὸ, fuſio pluviarum aut nivium, hiems; der Guß, die Regen-Zeit, der Winter. a χέω, *vel* χείω, fundo.

Θέρευς, *Jon.* pro θέρους, a θέρος, *Il.* X. 151.

Χείματος, οὐδὲ θέρευς, Hiemis, nec æſtatis *tempore.*

Ἐπετήσιος, ου, ὁ, ἡ, perennis, διηνεκής, ἐξαρκῶν εἰς ὅλον ἔτος, aufs ganze Jahr. οὐκ ἐπιλείπει καρπὸς ἐπετήσιος, de arboribus valde frugiferis: ſie haben Früchte durchs ganze Jahr.

V. 119.

Ζεφύριος, ία, ιον, a Zephyro veniens & ad eum pertinens. Ζεφυρίη πνείουσα, *ſcil.* πνοή. nam ſic ſæpe omittitur ſubſtantivum verbo cognatum. ex. gr. δικάσω, ἰθεῖα δὲ ἔςαι, *ſc.* ἡ δίκη, *Il.* Ψ. 579. 580.

Ζεφυρίη πνείουσα τὰ μὲν φύει, Zephyrius flatus ſpirans alia procreſcere facit: & ſermo eſt de pomis.

Ἄλλα δὲ πέσσει, alia vero matura facit, maturat, coquit *poma*. & *h. l.* eſt in ſenſu proprio. γέρα πεσσέμεν, pro γέραα πέσσειν, *i. e.* κατέχειν καὶ ταμιευχεῖν, die Ehren-Geſchenke verſchlingen, & innuit ereptum Achilli γέρας, *Il.* Β. 237. βέλος καὶ οἴκοθι πέσσῃ, daß er an der Wunde auch zu Hauſe zu käuen habe, *Il.* Θ. 513. *i. e.* an einem empfangnen Schuß zu curiren habe: notat ergo & hic per Metaphoram partim θεραπεύειν, partim παρακατέχειν, Θεῶν ἐκ κήδεα πέσσει, *Il.* Ω. 617. & ſermo eſt de Niobe.

V. 120.

Ὄγχνη, *h. l.* fructum arboris notat, die Birn. ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, pirum ad pirum ſeneſcit.

Γηράσκω, *Od.* Δ. 210.

Μῆλον, malum, *Il.* Ι. 538. μῆλον ἐπὶ μήλῳ γηράσκει, malum (der Apfel) ſeneſcit juxta aliud recens natum malum. nam ſermo eſt de arboribus felicibus ſemper fructus, alios maturos alios immaturos, habentibus.

V. 121.

Αὐτὰρ, Et, Porro.

Ἐπὶ σαφυλῇ σαφυλὴ γηράσκει, uva ſeneſcit & matura manet uſque in adventum novæ uvæ.

Σῦκον, ου, τὸ, ficus fructus, eine Feige. σῦκον ἐπὶ σύκῳ γηράσκει, ficus ſeneſcit, *i. e.* matureſcit, præſente jam nova protruſa ficu: quæ eſt deſcriptio feliciſſimi climatis, ubi arbores æſtate & hieme fructus ferunt.

V. 120. 121.

Ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ,
Αὐτὰρ ἐπὶ σαφυλῇ σαφυλὴ, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ.

Pirum poſt pirum ſeneſcit, &c.

Et ſenſus eſt: quando pirum ſeneſcit, *i. e.* matureſcit, fit id ſequente alio piro adoleſcente; Es giebt gleich wieder in eben dem Jahr wieder anſetzende Birnen, wann die erſten reif ſind: ſo auch Aepfel, &c. nam bis uno anno ferunt arbores. die Birn wird reif bey neuen Birnen, die ſo gleich auf die reifen wieder wachſen. ut ergo ἐπὶ *h. l.* continuam & immediatam ſucceſſionem

notet:

notet: maturum prius, ſequitur ſtatim matureſcens denuo alterum. Conf. WOLF. ELSN. KYPKE *in Phil. II.* 27. ἵνα μὴ λύπην ἐπὶ λύπῃ σχῶ. nec non LENNEP *Animadv. p.* 148. *ſq.*

V. 122.

Πολύκαρπος, ου, ὁ, ἡ, multis fructibus obſitus. πολύκαρπος ἀλωὴ, area variis fructibus fertilis, ager fertiliſſimus.

Ἀλωὴ, *Od.* Ζ. 293.

Ῥιζόω, radices agere facio. *item* radices ago, ich mache einwurzeln, pflanze. πολύκαρπος ἀλωὴ ἐῤῥίζωται, fructuoſa vinea plantata eſt.

V. 123.

Θειλόπεδον, ου, ſolum apricum, radiis ſolis expoſitum ſolum. Eſt compoſitum ex articulo τὸ & ἡ εἵλη, calor ſolis, & τὸ πέδον, ſolum: hinc novus articulus, qui nomini ipſi jam adhæret, addendus non eſt.

Λευρὸς, ρὰ, ρὸν, idem quod λεῖος: ſic tamen, ut & notio τοῦ εὐρέος ineſſe videatur. planus & latus. ſed in genere eſt, lævis, bene politus aut lævigatus. λευρῷ ἐνὶ χώρῳ, i. e. ὁμαλῷ, in regione plana: lato in loco.

V. 124.

Θειλόπεδον τέρσεται ἠελίῳ, campus apricus inceditur, & caleſit, & areſcit a ſole. Vide ad *Od.* Ε. 151. 152.

Ἑτέρας δ' ἄρα τε τρυγόωσιν, pro τρυγῶσιν, ex τρυγάουσιν, alias uvas vindemiant, carpunt. ὅτε τρυγόωεν (pro τρυγῷεν, ex τρυγάοιεν) ἀλωὴν, quando vindemiarent vineam, *Il.* Σ. 566.

V. 125.

Τραπέω, uvas calco, ich keltere, πατέω. a τρέπω: nam ἡ πατουμένη σταφυλὴ τρέπεται εἰς ἄλλο τι, εἰς οἶνον. Metaphorice ergo & Poëtice τραπεῖν σταφυλὰς dicitur pro communi πατεῖν αὐτάς.

Πάροιθε δέ τ' ὄμφακές εἰσιν, & uvæ quoque immaturæ ſunt ante oculos, πρὸ ὀφθαλμῶν, δια βλεπομεναι, καὶ μὴ εἰς τὸ ἐπιὸν ἔτος ἐλπιζομεναι: man hat da vor ſich. optime tamen *h. l.* ut χρονικὸν intelligitur hoc adverbium: ante ſunt hic uvæ tales, deinde tales.

Ὄμφαξ, ακος, ὁ, *Jon.* ἡ, uva immatura, eine unr Traube, ἡ τὸ ἄνθος καὶ τὴν κύπριν μεταβάλλουσα εἰς σαφυλ Vox eſt compoſita ex φάω, oſtendo procul, & ὄι vinum: utpote ſpem vini futuri oſtendens.

V. 126.

Ἄνθος ἀφιεῖσαι, Florem deponentes, protrudent die die Blüthe abſtoſſen. vel &, florem amittentes, nur erſt die Blüthe verlohren haben, *i. e.* immatu omnino.

Ὑποπερκάζω, *idem quod* περκάζω, nigreſco, incip nigreſcere. ἕτεραι δ' (σαφυλαὶ) ὑποπερκάζουσι, *i. e.* μελ νονται.

RICC. *Diſſ. Hom. Tom. III. p.* 211. 212. Equide ſcio, a plerisque hanc Homericam deſcriptionem fabulas aniles rejici. Quid autem, ſi contenderim, veri ſimilitudine illam non abhorrere? Nam præterqua quod *in Divinis Litteris* de fertilitate beatæ illius region Hebræis promiſſæ, lacte & melle fluentis teſtatum leg tur, *Pomis arbores replebuntur; apprehendet meſſium tritu vindemiam, & vindemia occupabit ſementem: Theophraſtus Plinius* arbores deſcribunt ſemper pomiferas, *aliis pon cadentibus, aliis matureſcentibus, aliis vero ſubnaſcentibus* quod idem prorſus de caffei planta in Arabia & Pe ſide, deque nucibus myriſticis & caryophillis in M luccis narratur. Non ergo a natura alienum, quod horto illo Vates refert. Fateor, hyperbolicum eſſe fi mentum, quod illud miraculum in omnibus ſpectaret arboribus; ſed danda Poëtæ venia, cui quidlibet a dendi poteſtas eſt, dummodo

Ficta voluptatis cauſa ſint proxima veris.

V. 127.

Κοσμητὸς, ἡ, ὸν, bene ordinatus, bene diſpoſitus.

Πρασιὰ, ᾶς, ἡ, area in horto, maxime area extrem ambiens extremitates horti; longus & non latus ord plantarum ad extremum latus horti, vel majoris alic jus partis horti: nam eſt a τὸ πέρας, extremum: qu περασιά.

Παρὰ νείατον ὄρχον πρασιαὶ, areæ hortenſes erant extremum ordinem arborum & vitium.

Νείατο

Νείατος, noviſſimus, ultimus, *Il.* Β. 824.
Ὄρχος, *idem quod* ὄρχατος, *v.* 112. *huj. Libri.*

V. 128.

Πρασιαὶ παντοῖαι πεφύασιν, pulvini in horto omnis generis protrudunt & gignunt ſuos flores & herbas. eſt perf. Medii. poſſis & pro perfecto Activi habere *Jonice*, extruſo κ. Sic, ὄζοι ἐπ' ἀκροτάτῃ (αἰγείρῳ) πεφύασι, frondes in ſumma populo nati ſunt, *Il.* Δ. 484. *coll.* 483.
Πρασιαὶ ἐπηετανὸν γανόωσαι, areæ horti perpetuum virentes, Gartenbeete, die das ganze Jahr durch ſchön ſind.
Ἐπηετανὸν, *v.* 99. *huj. Libri.*
Γανάω, lætum & nitidum vultum præbeo, niteo, lætus appareo. κόρυθες καὶ θώρηκες λαμπρὸν γανόωντες, pro γανῶντες, *i. e.* γάνος ἐμποιοῦντες τῷ βλέποντι, qui videntem exhilarant, *Il.* Ν. 265. κόρυθες λαμπρὸν γανόωσαι, pro γανάουσαι, *contr.* γανῶσαι, *Il.* Τ. 359.

V. 129.

Ἐν δὲ, Intus vero. ita *v.* 95. *huj. Libri.*

V. 130.

Σκίδναται, Diſtribuit ſe.
Ὑπ' αὐλῆς οὐδὸν, ſub limen, quod in aulam ſpectat, unter der Hof-Thüre.
Κρήνη ἵησι, *ſcil.* ὕδωρ, fons emittit *aquam.*

V. 131.

Ὑδρεύω, aquor, aquam peto. κρήνη, ὅθεν ὑδρεύοντο πολῖται, fons, ex quo aquabantur oppidani, unde aquam petebant cives.

V. 132.

Ἐν Ἀλκινόοιο, *ſcil.* δόμῳ, *Ellipſi Attica*, in Alcinoi *domo.*

V. 133.

Ἔνθα ςάς θηεῖτο, *Od.* Ε. 75.

V. 134.

Θηήσατο, *ibid.* 76.

V. 135.

Ὑπὲρ οὐδὸν ἐβήσατο δώματος εἴσω, ſuper-limen ingreſſus eſt in domum.

V. 137.

Ἐύσκοπος, ου, ὁ, ἡ, providus, conſideratus, ὁ δεξιὸς σκοπεῦσαι, ὁ πάντα κατὰ σκοπὸν ποιῶν, omnia ad ſcopum bene

bene dirigens, der alles dem Zweck und der Abſicht mäß mit Vorſicht und Bedacht einrichtet. oppoſit τῦ ἀσκόπῦ, temerarii. Eſt Epitheton *Mercurii*, pruden practicæ præſidis. Vide etiam ad *Od.* Δ. 38.

v. 138.

Ὧι πυμάτῳ σπένδεσκον, (*Jon.* pro ἔσπενδον,) Cui poſ mo libabant, poſt alios Deos: de ordine temporis.

Ὅτε μνησαίατο κοίτυ, ſi de cubili cogitarent, quai memores eſſent lecti ad dormiendum. pro μνήσαιντο. *Il.* Β. 492.

Libationes fiebant perpetuo a ſurgentibus convi præſertim vero *Mercurio*, uti Phæaces *h. l.*

Ὧι πυμάτῳ σπένδεσκον, ὅτε μνησαίατο κοίτυ,

Cui ultimo libabant, quando cogitabant de lecto.

Meminit *Athenæus*, *Lib. I.* Ἔσπενδον δὲ ἀπὸ τῶν δείπ ἀναλύοντες, καὶ τὰς σπονδὰς ἐποιῦντο Ἑρμῇ, καὶ ὐχ ὡς ὕ ρον Διὶ τελείῳ· δοκεῖ γὰρ Ἑρμῆς ὕπνυ προςάτης εἶναι. *cœnam, cum jam diſſolverentur convivæ, Mercurio libant tiqui, non, ut poſteritas, Jovi Teleo, quoniam Mercu ſomno præeſt.* FEITH. *L. III. C. V.* §. *IX.*

v. 140.

Πολλὴν ἠέρ᾽ ἔχων, ἥν οἱ περίχευεν Ἀθήνη, Multam ne lam ſeu caliginem habens, quam ei circumfudit Mine ne videretur: *i. e.* ἀπροόρατος ἐπέρχεται, non proviſus pervenit. Vide ad v. 41. *huj. Libri.*

v. 142.

Ἀε] *Proinde, ut ei præceperat Nauſicaa* —. ſupra Ζ. 3 CLARK.

Ἀμφὶ δ᾽ ἄρ᾽ Ἀρήτης βάλε γύνασι χεῖρας Ὀδυσσεύς, ſic cumſcribit Hom. τὸ γυνάζεσθαι, genua amplecti.] Hic modus *ſupplicum* jam antea ſæpius obſervatus, non lum erga viros, ſed etiam erga fœminas, ut hîc e Areten feciſſe Ulyſſem videmus. Præter autem hanc nuum *apprehenſionem* erant etiam alii ſupplicantium ri ut videlicet *mentum & dextram* ejus, cui ſe inſinuare *contingerent:* διὰ τὸ ἡγεμονικὸν καὶ πρακτικὸν, ut ajunt S *liaſtæ. Genibus advolvi* autem *ſupplices*, docet etiam *in Quæſt. centur. Rom.* SPOND.

V. 1

V. 143.

Ἀὐτὰρ πάλιν χύτο ἀὴρ, retro fundebatur caligo, *i. e.* removebatur ab eo.

Θέσφατος ἀὴρ, caligo fatalis & a Dei conſilio circumdata, die von GOtt beſtimmte: nam Deus fieri jubet, quod fieri vult; ſicut & Sacræ Litteræ loquuntur. ὡς γὰρ θέσφατόν ἐστι, ſic enim fatale & conſilio Dei conſtitutum eſt, *Il.* Θ. 477. ſic σοὶ δὲ οὐ, *Od.* Δ. 561.

V. 144.

Οἱ δ' ἄνεῳ ἐγένοντο δόμον κατὰ φῶτα ἰδόντες, Illi vero muti facti ſunt per domum, cum viderent ſubito virum, alienum & præſtantem, adeſſe. ἅπαντες ἧσθ' ἄνεῳ, omnes ſedetis muti, *Od.* Β. 240.

V. 145.

Ὁ δ' ἐλλιτάνευεν Ὀδυσσεύς, Vide ad *Il.* Ι. 577. Χ. 414.

V. 146.

Ἀρήτη] Minerva antea jubebat Ulyſſem primo ad Aretem accedere, & illi ſe ſupplicem exhibere: nunc vero Ulyſſes non ſolum Aretes, ſed etiam Alcinoi, atque adeo reliquorum convivarum opem & ſubſidium implorat. Dicendum eſt, Ulyſſem perſonarum circumſtantiam obſervaſſe. Nam cum omnes ſimul conveniſſent, non videbatur conſentaneum, ut ceteris innominatis ad ſolam Aretem ſeſe converteret: quin etiam videtur decorum uſurpaſſe, cum prius Alcinoi mentionem facit, ut hoc etiam pacto ipſum maritum ſibi devinciret. SPOND.

V. 147.

Σόν τε πόσιν, σά τε γούναθ' ἱκάνω, *Od.* Ε. 449.

V. 148.

Τούσδε τε δαιτυμόνας, Et ad hos tuos convivas. Vid. ad *v.* 102. *huj. Libri.*

Τοῖσιν θεοὶ ὄλβια δοῖεν ζωέμεναι, quibus Dii beate dent vivere. ὄλβια eſt pro ὀλβίως, & ζωέμεναι pro ζώειν. Sequentia indicant, quid dicat ὀλβίως ζώειν, *i. e.* κτήματα ſatis ampla habere, eaque liberis ſuis relinquere; præterea, honoratum ſatis eſſe. ὄλβιος, *Il.* Ω. 543.

V. 149.

Παισὶν ἐπιτρέψειεν ἕκαστος κτήματ' ἐνὶ μεγάροισι, liberis ſuis

 mandet

mandet & relinquat quisque opes ſuas ; quod pertinet inter fauſtiſſima fortunæ.

v. 150.

Γέρας θ', ὅ, τι δῆμος ἔδωκεν, & dignitatem in populo; ut filii ſint & hæredes ἀξιωμάτων paternorum, *i. e.* ut filios habeant, qui ſint principes poſt eos.

v. 151.

Αὐτὰρ ἐμοὶ πομπὴν ὀτρύνετε πατρίδ' ἱκέσθαι, beſchleuniget meine Wegbringung, daß ich ins Vaterland komme: maturate mihi dimiſſionem, in patriam ut veniam.

v. 152.

Θᾶσσον, *Od.* Β. 307.

Φίλων ἄπο, remotus procul a meis. *Od.* Α. 49. a ſuis.

v. 153.

Κατ' — ἕζετ' (pro καθέζετο) ἐπ' ἐσχάρῃ ἐν κονίῃσι, conſedit, ritu ſupplicis, ad focum in pulvere *vel* in cinere humi: nam ἐσχάρα erat ἰσόπεδος, in plana terra; & ἐπὶ ſæpe eſt pro παρά, neben, bey. hinc & explicatur τὸ ἐπὶ ἐσχάρῃ per παρὰ πυρί.

Ὡς δ' αὔτως, Similiter porro.

Κίρκη κατερήτυεν ἐν μεγάροισιν, Circe detinebat me domi ſuæ. λισσόμενοι κατερήτυόν με ἐν μεγάροισι, retinere ſtudebant me, *Il.* Ι. 461.

v. 32.

Αἰαίη dicta *Circe*, ab urbe Colchidis ἡ Αἶα. Frater ejus erat rex Colchidis, ὁ Αἰήτης, ου, ab eadem urbe ita dictus. Dicebantur hi duo liberi Solis, vel quia βασιλικοὶ, vel quia ἐκφανεῖς præ aliis ejus temporis, vel & διὰ τὸ ἐν αὐτοῖς ἡλιῶδες τῦ κάλλυς.

Δολόεσσα Κίρκη, dolis plena Circe.

v. 34 — 36.

Ὡς ὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος ὐδὲ τοκήων
Γίνεται, εἴπερ καί τις ἀπόπροθι πίονα οἶκον
Γαίῃ ἐν ἀλλοδαπῇ ναίει ἀπάνευθε τοκήων.

Adeo nihil dulcius ſua patria neque parentibus
Eſt, etiamſi & quis procul divitem & fortunatam domum
Terra in aliena habitet ſeorſum a parentibus.]

„Patriam, qua nihil poteſt eſſe jucundius. „ *Cicero, Orat. poſt reditum in Senatu, ſub initio.* „Cari ſunt parentes, „cari liberi, propinqui, familiares; ſed omnes omnium „caritates patria una complexa eſt.„ *Idem de Officiis, Lib. I.* §. 17. Neſcio, qua natale ſolum dulcedine captos ducit. *Ovid. ex Ponto, Lib. I. Epiſt. III. v.* 35. CLARK.

v. 35.

Ἀπόπροθι, ſupra v. 18.

v. 36.

Ἀλλοδαπὸς, *Od.* Θ. 211.

v. 37.

Εἰ δ' ἄγε] Vis particulæ εἰ hoc in loco hujusmodi eſt: *Siquidem me caſus meos narrare velis, age &c.* Vide ad *Il.* Z. 376. CLARK.

Πολυκηδὴς, έος, ὁ, ἡ, plenus ærumnarum & laborum. πολυκηδέα νόστον, reditum laborioſum & ſollicitarum curarum plenum.

Ἐνίσπω, conjunctivus hic eſt loco futuri: narrabo.

v. 38.

Νόστον, ὅν μοι Ζεὺς ἐφέηκεν, reditum, quem mihi Jupiter impoſuit, zugeſchicket hat, auferleget hat, ἐπετείλατο: & eſt ex metaphora βέλους.

Ἀπὸ Τροίηθεν ἰόντι, a Troja profecto. Τροίηθεν, *Od.* Γ. 257.

v. 39.

Ἰλιόθεν, *Il.* Ξ. 251.

Ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσεν, Ab Ilio me ferens ventus Ciconibus appulit. Vide ad *Od.* H. 277.

Κίκονες, ων, οἱ, (metri cauſa correpti, *pro* Κίκωνες in proſa,) gens ampla Thraciæ; non procul ἀπὸ τῶν Μαρωνειτῶν, quorum urbs ἡ Μαρώνεια. Cicones auxilia tulerant Trojanis, *Il.* B. 846. P. 73. Hinc Ulyſſes eos in reditu ſuo pro hoſtibus habuit.

v. 40.

Ἴσμαρος, ου, ἡ, urbs Ciconum in Thracia, ἐγγὺς Μαρωνείας, ad quam erat Μάρωνος ἡρῷον, καὶ λίμνη, ἧς τὸ ῥεῖθρον ὀδύσσειον καλεῖται. vide *Strabonem.* Hanc urbem rediens a Troja Ulyſſes ſubito adventu cepit, & diripuit, nam Thraces erant auxiliantes Trojanis; ſed minus fauſto ſucceſſu.

Ἔνθα δ' ἐγὼ πόλιν ἔπραθον, ibi ego urbem depopulatus ſum & incendi.

Ὤλεσα δ' αὐτοὺς, ipſosque interfeci.] αὐτοὶ eleganter *incolæ.* Vide ad *Il.* A. 4. ERN.

Quæritur, jurene, an injuria, Ulyſſes invaſerit Ciconas, ad quos ingruente procella appulit? Juſte id eum facere

facere potuiſſe ajo ; nam in narratione copiarum utriusque partis *ad calcem ſecundi Libri Iliados* recenſitarum inter alios duces, qui ſuppetias tulerunt Trojanis, habetur Euphemus Troezeni filius, qui præerat bellicoſis Ciconibus. Jure ergo belli licuit Ulyſſi adhuc hoſti hoſtes aggredi, ac deprædari. RICC. *Diſſ. Hom. Tom. III. p.* 70.

v. 42.

Δασσάμεθ', ὡς μήτις μοι ἀτεμβόμενος κίοι ἴσης, (*ſcil.* μοίρας,) Diviſimus, ne quis mihi abeat fraudatus æquali portione. Vide ad *Il.* Λ. 704.

v. 43.

Ἔνθ' — διερῷ ποδὶ φευγέμεν ἡμέας Ἠνώγεα, Ibi — celeri pede fugere nos Hortabar, *i. e.* ταχεῖ καὶ σπουδαίῳ ποδί: παραχρῆμα, ſtehendes Fuſſes. Vid. ad *Od.* Ζ. 201.

v. 44.

Ἠνώγεα, plusq. perf. Med. *Jonice*, pro ἠνώγειν.

Τοὶ δὲ μέγα νήπιοι οὐκ ἐπίθοντο, illi vero valde ſtulti non paruerunt.

v. 46.

Ἔσφαζον παρὰ θῖνα, καὶ εἰλίποδας ἕλικας βοῦς, Vide ad *Od.* Δ. 320.

v. 47.

Κίκονες Κικόνεσσι γεγώνευν, *Jon.* pro ἐγεγώνεον, Cicones Ciconibus clamabant, & clamore convocabant eos.

v. 48.

Οἵ σφισι γείτονες ἦσαν ἅμα πλέονες καὶ ἀρείους, Qui ipſis vicini erant ſimul plures & fortiores. ἀρείους *pro* ἀρείονες.

v. 49.

Ἤπειρον ναίοντες, Terram habitantes.

Ἐπιστάμενοι μὲν ἀφ' ἵππων Ἀνδράσι μάρνασθαι, periti quidem ex equis, ex curribus Cum viris pugnare,] Apud Homerum ἀφ' ἵππων μάρνασθαι (uti ex innumeris *Iliados* locis liquet) non ex *ipſis equis*, ſed *e curribus pugnare* denotat. CLARK.

v. 50.

Καὶ ὅθι χρὴ πεζὸν ἐόντα, &, ubi opus erat, pedibus. ſingularis πεζὸν ἐόντα eſt pro plurali πεζοὺς ἐόντας.

v. 51.

Ἦλθον ἔπειθ', ὅσα φύλλα καὶ ἄνθεα γίνεται ὥρῃ, Venerunt

runt deinde, quot folia & flores naſcuntur tempore anni pulcherrimo. de multitudine advenientium hoſtium. ὥρᾳ καὶ ἐξοχὴν vocatur ἡ ἐαρινὴ, vernum tempus. ita *Il.* B. 468.] *Al.* ἦρος. CLARK. Ἦρος eſt gloſſa, explicans ὥρη. ὥρα unamquamque anni partem ſignificat; res debet oſtendere, quæ intelligenda ſit. Folia autem & flores naſcuntur verno tempore. ERN.

v. 52.

Ἠέριαι, Matutino tempore: prima luce nondum ſatis certa. περὶ ὄρθρον, ὀρθρινοί. *coll.* 56. ἠέριαι δ' ἄρα ταίγε (αἱ γέρανοι, grues,) κακὴν ἔριδα προφέρονται. *i. e.* πελόμεναι διὰ τοῦ αέρος, ἐξ αέρος φέρουσιν ἔριδα contra Pygmæos, *Il.* Γ. 7. ηερίη δ' ἀνέβη μέγαν οὐρανὸν, *i. e.* ὀρθρινὴ, frühe morgens. *Il.* A. 497.

Τότε δή ῥα κακὴ Διὸς αἶσα παρέστη Ἡμῖν αἰνομόροισιν, tunc ſane adverſum Jovis fatum acceſſit Ad nos infelices.

v. 53.

Αἰνόμορος, gravi fato preſſus, miſer, *Il.* X. 481.

v. 54.

Στησάμενοι, Stantes. *Il.* Σ. 533.] inſtructa acie. ERN.

Ἐμάχοντο μάχην, *Il.* O. 414.

v. 55.

Βάλλον δ' ἀλλήλους χαλκήρεσιν ἐγχείῃσιν, Feriebantque ſe invicem æreis haſtis.

v. 56.

Ὄφρα μὲν ἠὼς ἦν, Quamdiu quidem tempus matutinum *ſeu* antemeridianum erat.

Καὶ ἀέξετο ἱερὸν ἦμαρ, & creſcebat ſacer dies. ita *Il.* Θ. 66.

v. 57.

Τόφρα δ' ἀλεξάμενοι μένομεν, Tamdiu utique defendentes nos ſtabamus. ἀλεξόμεσθα μένοντες, arceamus eum, & defendamus nos ab eo, firmiter ſtantes, *Il.* A. 348.

v. 58.

Ἦμος δ' ἠέλιος μετενίσσετο βουλυτόνδε, Cum vero ſol transiret ad eum locum cœli, in quo eſt, cum boves ſolvi ſolent ab opere. *i. e.* μετῆλθε, ἐπορεύθη, & eſt circumſcriptio veſpertini temporis. ita *Il.* Π. 779.

v. 59.

Κίκονες κλῖναν δαμάσαντες Ἀχαιούς, Cicones frangebant domitos

domitos Græcos, & inclinabant vires horum ad ſuccumbendum. Τρῶας ἔκλιναν Δαναοὶ, Græci profligabant *vel* ſuperabant Trojanos, ut hi fierent inferiores fortuna prælii, *Il.* Ε. 37.

v. 60. 61.

Ἓξ δ' ἀφ' ἑκάστης νηὸς ἐϋκνήμιδες ἑταῖροι
Ὤλονθ'· —

RICC. *Diſſ. Hom. Tom. III. p.* 70. 71. Refellam oportet antiquam *Zoili* cenſuram. Non enim dentes, cum edentulus eſſet, acuebat, ſed aut linguam vibrabat virulentam, aut meras, quemadmodum in hoc loco, garriebat nugas. Quî enim, *ajebat*, fieri potuit, ut de qualibet navi ſex æqualiter homines interirent, neque aliqua earum ſive plures, ſive pauciores, amitteret? Vah, *inquit*, diſtributionem ridicule æqualem! Verum, o hominum ſtultiſſime, cenſorumque lues! Non Homeri diſtributio, ſed tua cenſura ridicula eſt. Ulyſſes duodecim habuit naves, in pugna amiſit duos & ſeptuaginta ſociorum, adeo ut non quidem æqualis fuerit jactura ſingularum navium; ſed, ſi ſolidum numerum illum ſumas, & in ſingulas naves partiaris, ſex æqualiter in unaquaque deſideratos eſſe liquebit. Hæc Homeri mens, ſi aut potuiſſes, aut voluiſſes, imprudens atque imperite cenſor! intelligere.

v. 62.

Ἔνθεν δὲ προτέρω πλέομεν, Inde vero navigabamus ulterius.

Ἀκαχήμενοι ἦτορ, *i. e.* λυπούμενοι, διὰ τοὺς ὀλωλότας. & ſequitur: ἄσμενοι ἐκ θανάτοιο, ὅτι μὴ καὶ αὐτοὶ ἀπολώλαμεν.

v. 63.

Ἄσμενοι ἐκ θανάτοιο, Gratulantes nobis, quod non una perierimus. ἐμοὶ δέ κεν ἀσμένῳ εἴη, *i. e.* ἐμοὶ βουλομένῳ καὶ χαίροντι, eſſet id me lubente & gratulante, *Il.* Ξ. 108. Φύγεν ἄσμενος ἐκ θανάτοιο, fugit lætus ex morte, & gratulans ſibi, *Il.* Υ. 350.

v. 64.

Οὐδ' ἄρα] Non hic ſupervacaneum eſt iſtud ἄρα, ſed vim habet hujusmodi: *Neque, uti tam propere fugientibus fieri veriſimillimum erat,* —. Vel: *Neque impediit trepida*

noſtra fuga, *quin*, *priusquam ulterius progrederemur*, *&c.* CLARK.

Ὀυ προτέρω νῆες κίον, non ulterius ibant naves: ſed Poëta non addit, in quam partem ire voluerint; occultat enim Geographiam ſuam, ut liberius poſſit fingere.

v. 65.

Πρίν τινα τῶν δειλῶν ἑτάρων τρὶς ἕκαστον ἀῦσαι, Priusquam quemque miſerorum ſociorum ter quiſque vocaſſet.

v. 66.

Οἱ θάνον ἐν πεδίῳ Κικόνων ὕπο δηϊωθέντες, Qui occubuerant in campo a Ciconibus interfecti.

v. 65. 66.

In hoc facto Ciconum narrat Ulyſſes, ſe inde abeuntem *magna voce ter vocaſſe quemlibet ſociorum*, *qui abſumti fuerant.* Quod officium erga Deiphobi manes Æneas quoque executus eſſe dicitur apud *Virgilium*: (*Æneid. VI*: 505.)

Tunc egomet tumulum Rhœteo in littore inanem
Conſtitui, *&* *magna manes ter voce vocavi.*

Cum deeſſet Ethnicis facultas tumulandi corpora ſuorum in externo ſolo extincta, partes ſuas implere cenſuerunt, ter manes eorum inclamando, perinde quaſi teſtari vellent, ſibi culpam non imputandam, quod non eos reducerent in patriam; ſe enim paratos eſſe, ſi ſubſequantur. Atque hunc quidem ritum præcipiebat religio, ne pietati in ſuos ullatenus defuiſſe viderentur. RICC. *Diſſ. Hom. Tom. III. pag.* 72. 73. add. POTT. *Tom. II. p.* 196.

v. 67.

Νηυσὶ δ' ἐπῶρσ' ἄνεμον βορέην νεφεληγερέτα Ζεὺς Λαίλαπι θεσπεσίῃ, Navibus autem immiſit ventum boream nubicogus Jupiter Cum procella ingenti. Vide KYPKE *Obſerv. S. ad Marc. IV*: 37. Καὶ γίνεται λαῖλαψ ἀνέμου μεγάλη· τὰ δὲ κύματα ἐπέβαλεν εἰς τὸ πλοῖον.

v. 68. 69.

Λαίλαψ, *Il.* Δ. 278.

Λαίλαπι θεσπεσίῃ, σὺν δὲ νεφέεσσι κάλυψε
Γαῖαν ὁμοῦ καὶ πόντον. ὀρώρει δ' οὐρανόθεν νύξ.

Vehementiſſimus & ſubito exſurgens ventus procelloſus deſcribitur, qui vela navium dilacerat, & ipſas vi ſumma

ma agit. per duos dies durabat hæc vis venti, rediens per vices. Vide ad *Od.* E. 293. 294.

v. 70.

Ἐπικάρσιος, ου, ὁ, ἡ, in caput, pronus. *item* præceps. eſt & fœmininum ἐπικαρσία. νῆες ἐφέροντο ἐπικάρσιαι, naves ferebantur vento præcipites quaſi & directo in anteriora capite. hîc non eſt, πλάγιαι, obliquæ, ut quidam interpretes reddunt; ſed eſt, ἐπὶ κεφαλὴν, διὰ τὴν, ἐκ τοῦ σφοδροῦ πνεύματος, τῶν ἱστίων πολλὴν ἔντασιν: videbantur ire velle in præceps, proris pronioribus factis, ſie wollten in den Grund ſegeln. eſt ergo idem quod ἐπὶ κάρ, quod & ἐπίκαρ ſcribitur.

v. 71.

Τριχθά τε καὶ τετραχθὰ διέσχισεν ἲς ἀνέμοιο (ἱστία,) Et in tres quatuorque partes diffidit vis venti (vela.) τριχθά τε καὶ τετραχθά διατρυφὲν, *Il.* Γ. 363. νεῦρα διεσχίσθη, *Il.* Π. 316.

v. 72.

Κάθεμεν, demiſimus. aor. 2. ind. Act. v. καθίημι, demitto. Alii legunt: κατθεμεν, *pro* κατέθεμεν, depoſuimus, aor. 2. ind. Act. v. κατατίθημι, depono.

v. 73.

Αὐτὰς δ' ἐσσυμένως προερύσσαμεν ἤπειρόνδε, Ipſas vero (naves) ſubduximus ſtudioſe ad continentem. *vel potius*, produximus, truſimus porro ad littus remigando. ἐσσυμένως, *Il.* Γ. 85. νῆα προέρυσεν ἅλαδε, deduxit ex ſtatione navem in mare, *Il.* A. 308.

v. 74.

Συνεχὲς αἰεὶ κείμεθ', continenter ſemper Jacebamus. Ζεὺς ὗε συνεχὲς, Jupiter pluebat continenter, es regnete anhaltend, *Il.* M. 25. 26.

v. 75.

Ὁμοῦ καμάτῳ τε, καὶ ἄλγεσι θυμὸν ἔδοντες, ſimul laſſatione & mœroribus animum atterentes. Vide KYPKE *Obſ. S. ad* 2. *Cor. II:* 7. Μήπως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος.

v. 76.

Ἀλλ' ὅτε δὴ τρίτον ἦμαρ ἐϋπλόκαμος τέλεσ' ἠώς, *Od.* E. 390.

v. 77.

Ἱςοὺς ςησάμενοι, Malos erigentes. Vide ſupra ad *v.* 54.

Ἀνερύω, ſurſum traho. ἀνὰ θ' ἱςία λεῦκ' ἐρύσαντες, & vela alba ſurſum trahentes ad malum erectum.

v. 78.

Τὰς δ' ἄνεμός τε, κυβερνῆταί τ' ἴθυνον, illas vero ventusque gubernatoresque dirigebant.

v. 79.

Καί νύ κεν ἀσκηθὴς ἱκόμην —, Et incolumis veniſſem ſane —.

v. 80.

Κῦμα, ῥόος τε, de mari, quod etiam eſt ῥοῶδες.

Περιγνάμπτω, circum curvo me *vel* aliud. ἐμὲ περιγνάμπτοντα Μάλειαν, me circum flectentem, *i. e.* circum navigare volentem id promontorium.

Μάλεια, ας, ἡ, & αἱ Μάλειαι, ῶν, promontorium Peloponneſi auſtrale, ſatis magnum, & periculoſum navigantibus. Vide etiam ad *Od.* Δ. 514.

v. 81.

Καὶ βορέης ἀπέωσε, Et boreas me detruſit a recto itinere. *vel*, me repulit inde. & forma augmenti eſt Attica, *pro* ἀπῶσε, *i. e.* ἐξῶσε.

Παρέπλαγξεν δὲ Κυθήρων, & prætererrare fecit præter inſulam illam. παρεπλάγχθη δέ οἱ ἄλλῃ ὀϊςὸς, alio declinata eſt ſagitta & depulſa, ne poſſet ferire ſcopum, *Il.* O. 464.

v. 82.

Ἐννῆμαρ φερόμην, *Od.* Η. 253.

v. 83.

Πόντον ἐπ' ἰχθυόεντ', *Od.* Δ. 381. ἰχθυόεις, fiſchreich, περιέχων ἰχθύας. ἰχθυόεντα κέλευθα, *i. e.* mare, *Od.* Γ. 177.

Ἐπέβημεν γαίης, accedebamus ad terram.

v. 84.

Λωτοφάγοι, οἱ. Geographus eos in Sicilia quærit, & vult eſſe τοὺς Ἀκραγαντίνους, vel τοὺς Καμαριναίους: ſed priſci Græci enarratores Homeri eos in Libya ponunt; eaque ſententia videtur probabilior, nam vento borea dejectus erat verſus littora libyca. Conf. RICCII *Diſſ. Hom. Tom. III. Diſſ. L. De Ciconibus & Lotophagis.* item, *incerti Scriptoris*

ris Græci Fabul. aliquot Hom. de Ulixis Erroribus, Ethice explic. &c. (Lugd. Bat. 1745.) *Cap. I. de Lotophagis.* aliosque.

Ἄνθινος, ινη, ινον, floreſcens, germinans.

Οἷ ἄνθινον εἶδαρ ἔδυσιν, *ſcil.* οἱ Λωτοφάγοι. & hæc erant germina tenera plantarum dulcium.

v. 85.

Ἐπ' ἠπείρυ βῆμεν, egreſſi ſumus in terram.

Ἀφυσσάμεθ' ὕδωρ, infundebamus nobis aquam.

v. 87.

Ἐπεὶ σίτοιό τ' ἐπασσάμεθ', ἠδὲ ποτῆτος, poſtquam feſtinanter cibi aliquid ſumſimus & potus.

v. 88.

Προΐην πεύθεσθαι] *Miſi exploratum.* Vide ad *Il.* Α. 3. ERN.

v. 89.

Τρίτατον κήρυχ' (κήρυκα) ἅμ' ὀπάσσας, præconem tertium his duobus euntibus adjungens & comitem dans.] Il envoye avec eux un Heraut pour les rendre plus reſpectables & inviolables. DAC.

v. 90.

Σῖτον ἔδοντες,] Vide ad *Od.* Θ. 222. CLARK. Quinam mortales eſſent, qui in ea terra degerent.

v. 91.

Μίγεν (ἐμίγησαν) ἀνδράσι Λωτοφάγοισιν, acceſſerunt ad Lotophagos, & iis immiſcebantur, ut legati.

v. 92.

Ἄρα] *ut antea fecerunt Cicones.* CLARK.

Οὐδ' — μήδονθ' ἑτάροισιν ὄλεθρον, Neque — ſtruebant ſociis perniciem.

v. 93.

Ἀλλά σφι δόσαν (ἐκ) λωτοῖο (τὶ) πάσασθαι, ſed iis (ſociis Ulyſſis) dabant aliquid guſtandum de loto. nam re vera verbum hoc regit Accuſativum; Genitivus vero eſt ex ellipſi.

v. 94.

Τῶν δ' ὅςις λωτοῖο φάγοι μελιηδέα καρπὸν, Horum autem quicunque loti comediſſet dulcem fructum.

v. 95.

Οὐκ ἔτ' ἀπαγγεῖλαι πάλιν ἤθελεν, ὐδὲ νέεσθαι, Non amplius

plius renuntiare rurſum volebat, (wollte nicht Nachricht zurück bringen,) neque redire.

v. 96.

Ἀλλ' αὐτȣ̃ βȣ́λοντο μετ' — μενέμεν, Sed illic volebant apud — manere.

v. 97.

Λωτὸν ἐρεπτόμενοι, Lotum edentes. ἵπποι λωτὸν ἐρεπτόμενοι, *Il.* B. 776.

Νόςȣ τε λαθέσθαι, reditusque obliviſci.

v. 94 — 97.

Suaviſſimam hujus fructus dulcedinem, ſaporemque præſtantiſſimum, ipſum etiam *Athenæi* teſtimonium confirmat. Cum igitur ejus guſtus advenas illiceret, ut ibi permanerent, modumne exceſſiſſe amplificando putemus, ſi Poëta dixerit, *quod patriæ etiam oblivionem faceret?* Quidquid autem de hac re ſit, in adagium abiiſſe verbum illud, *Lotum guſtavit*, neminem latet: in eum ſiquidem jactatur, qui diutius in peregrinis regionibus hæret, veluti reditus in patriam oblitus. Nec inconcinne illud dixeris, ait *Eraſmus*, in eos, qui ſimul atque inhoneſtam voluptatem deguſtarunt, ad priſtina ſtudia revocari non poſſunt. RICC. *loc. ſupra cit.*

v. 98.

Ἐπὶ νῆας ἄγον κλαίοντας ἀνάγκῃ, ad naves duxi flentes vi & coactos, mit Zwang. ἀνάγκῃ pertinet ad ἄγον, (*pro* ἦγον.)

v. 99.

Ὑπὸ ζυγὰ δῆσα (ἔδησα) ἐρύσσας, ad tranſtra (die Querbalken im Schiffe) ligavi, poſtquam vi abſtraxi eos ab Lotophagis.

v. 100.

Ἐρίηρες *pro* ἐρίηροι ἑταῖροι, valde adjuncti & conjuncti & apti ſocii. *Il.* Γ. 47. ἐρίηρον ἀοιδὸν, *Od.* Θ. 471.

v. 101.

Κελόμην ἑταίρȣς σπερχομένȣς νηῶν ἐπιβαινέμεν ὠκειάων, jubebam ſocios feſtinantes conſcendere naves celeres, ita ut ipſi ſe urgerent ire celeriter, in aller Eile. ὁπότε σπέρχοιεν ἄελλαι, quandocunque impellant & agant eam procellæ, wann die Stürme das Schiff sehr lauffen machen, *Od.* Γ. 283.

v. 103.

v. 103.

Ἐπὶ κληῖσι κάθιζον, ſie ſetzten ſich auf die Ruder-Bänke. *Od.* Β. 419.

v. 104.

Πολιὴν ἅλα τύπτον ἐρετμοῖς, *Od.* Δ. 580.

v. 105.

Vide ſupra ad *v.* 62.

v. 106.

Κυκλώπων δ' ἐς γαῖαν ὑπερφιάλων, ἀθεμίστων, Ἱκόμεθ', Neutrum Epitheton hîc in malo ſenſu poſitum, ſed alterum notat τὸ κατὰ σῶμα μεγαλοφυὲς τῶν Κυκλώπων, der übergroſſen an Leibes-Statur; die weit gröſſer von Perſon ſind, als andere Leuthe. alterum vero libertatem eorum naturalem, quia nondum coierant in jura civitatis & ſocietatis, ſed quiſque pro ſe degebat, ſine nexu cum aliis.

Ἀθέμιστος, ſine jure ſociali, ὁ θέμιν μὴ εἰδώς. Eſt vox media, ut ex exemplis apparebit: nam *Il.* I. 63. ἀθέμιστος eſt, qui jura ſocialia frangit & deſpicit, ein Geſetzloſer Störer der menſchlichen Geſellſchaft; vel &, qui partem in civitate nullam habet, qui civili jure non fruitur. Sed *h. l.* poſita vox eſt, ut ſequentia oſtendunt, ὐκ ἐφ' ὕβρει, ſed ἐν ἱστορίας εἴδει, ὡς τῶν Κυκλώπων μήτε νόμους μήτε ἔθη κοινὰ ἐχόντων, μηδὲ στοχαζομένων τοῦ κοινῇ συμφέροντος, διὰ τὸ μηδὲ κοινῇ πολιτεύεσθαι, ἀλλ' ὡς εἰπεῖν οἰκοκρατεῖσθαι, ubi quiſque pater familias eſt princeps domus ſuæ, cum aliis patribus familias autem in nullo communi nexu illigatus eſt. Ergo duplex eſt τὸ ἀθέμιστον: unum, ſi adſunt communes leges & inſtituta, ſed contemnuntur; alterum, ſi nullæ adſunt leges poſitivæ, ubi θέμις ſua fora & jura non exercet, & ubi vivitur in ſtatu mere naturali & libero. nam Themis reſpicit jus civile, eſt φυλακτικὴ δικαίου πολιτικοῦ maxime. Tales Cyclopes fuere fortaſſe primi Patriarchæ, qui in compoſitam civitatem nondum coierant, ſed quiſque ſuam regebat domum, de aliis non ſollicitus.

v. 107.

Οἱ ῥα] *Qui ſcilicet.*

Θεοῖσι

Θεοῖσι πεποιθότες ἀθανάτοισιν, Hi Dii ſunt illi, δι' ὧν ἀυξονται καρποὶ, e. gr. Διὶ ἀέρι, Δήμητρι γῇ, Νύμφαις καρποτρόφοις, Ἀπόλλωνι ἡλίῳ, &c. his fidentes, nihil laborabant ob terræ felicitatem & ubertatem αὐτομάτην. Tales nihil laborantes ſunt Chriſtianorum οἱ ἀναχωρηταί.

V. 108.

Οὔτε φυτεύουσι χερσὶν φυτὸν, οὔτ' ἀρόωσιν, Neque plantant manibus plantam, neque arant.

V. 109.

Ἄσπαρτος, ου, ὁ, ἡ, non ſatus. ex α pr. & σπαρτὸς, ἡ, ὀν, ſatus, geſäet.

Ἀνήροτος, ου, ὁ, ἡ, ſine aratione, inaratus. ex α pr. & ἀροτὸς, ἡ, ὀν, aratus.

Τάγ' ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται, hæc non ſata & non arata omnia naſcuntur.

V. 110.

Πυροὶ, καὶ κριθαὶ, Triticum, & hordeum. πυρὸς, Od. Δ. 604.

Κριθὴ, ῆς, ἡ, hordeum.

V. 111.

Ἐριςάφυλος, ου, ὁ, ἡ, grandibus & generoſis uvis. ἄμπελοι φέρουσιν οἶνον ἐριςάφυλον, i. e. οἶνον ἀπὸ ςαφυλῶν μεγάλων γινόμενον, nam eſt per figuram Poëticam ſic poſitum, pro ἄμπελοι ἐριςάφυλοι, vites grandibus & inſignibus uvis veſtitæ. ex ἐρι & ςαφυλὴ, ῆς, ἡ, uva

Καί σφιν Διὸς ὄμβρος ἀέξει, & ipſis Jovis pluvia auget, ſc. ea, quæ creſcunt. & ſimul notat, terram eam non eſſe ἀυχμηράν.

V. 112.

Τοῖσιν δ' οὔτ' ἀγοραὶ βουληφόροι, οὔτε θέμιςες, Illis vero ſunt neque conventus conſultatorii, neque jura ſocialia: nullum commune jus, utpote non in civitatem aliquam collecti & congregati; nihil in commune conſultantes.

Βουληφόρος, Il. Α. 144. θέμις, Od. Γ. 45.

V. 114.

Θεμιςεύω, jura pono. a θεμίσσω, i. e. δικάζω, νομοθετέω. θεμιςεύει δὲ ἕκαςος Παίδων ἠδ' ἀλόχων, imperat autem unusquisque (Cyclopum) Liberis atque uxoribus.

V. 115.

V. 115.

'Ουδ' ἀλλήλων ἀλέγουσι, nec ſe invicem curant, ſie bekümmern ſich nicht um einandern. nemo alteri nec imperat nec paret.

V. 116.

Λάχεια, ας, ἡ, mollis, molli ſolo, von welcher mürber Erde. Eſt a λαχαίνω, & notat ſolum, quod fodienti facillime cedit. νῆσος λάχεια, inſula mollis. Alii ſcribi jubent ἐλάχεια, parva, ab ἐλαχὺς, ſicut a λιγὺς fit λίγεια: ſed nulla neceſſitate.

Παρὲκ λιμένος τετάνυσται, non procul a portu extenſa eſt.

V. 117.

'Αποτηλοῦ, *adv.* idem quod τηλοῦ.

'Ουτε σχεδὸν, οὔτ' ἀποτηλοῦ, neque nimis prope, neque longe remote.

V. 118.

'Υλήεις, ſupra *v.* 24.

'Αιγες ἀπειρέσιαι, capræ innumeræ. γαῖαν ἀπειρεσίην, *Il.* Υ. 58. ἀπερείσια ἄποινα, ingentia redemtionis pretia, quæ jam determinari a me non poſſunt, quanta præciſe, ungemein viel Löſegeld, *Il.* Α. 13.

'Εν δ' αἶγες — γεγάασιν, in ea vero capræ — ſunt. τοὶ 'Ιλίῳ ἐγγεγάασιν, *Il.* Ζ. 493. Ρ. 145.

V. 119.

'Ου μὲν γὰρ πάτος ἀνθρώπων ἀπερύκει, non enim obambulatio hominum impedit has capras ſylveſtres.

Πάτος notat *hic* ipſam ambulationem, das herum wandeln der Leuthen, ἡ ἀναστροφή, non homines ibi verſantur & circumeunt. ὃν θυμὸν κατέδων, πάτος ἀνθρώπων ἀλεείνων, de Bellerophonte. *i. e.* ἐκφεύγων τὴν μετ' ἀνθρώπων συνδιατριβὴν, den Umgang mit Menſchen meidend; διὰ εἰς μελαγχολίαν ἐκκυλισθείς, *Il.* Ζ. 202. ἡμεῖς καθεζώμεσθα κιόντες ἐκ πάτου εἰς σκοπιὴν, ea via, ubi ambulatur, in locum celſum, unde proſpicere poſſumus, *Il.* Υ. 137.

'Απερύκω. ἀπὸ ἄλλους πάντας ἐρύξει, prohibebit omnes alios, ne te violent, *Il.* Ω. 156. ἀπερύκοι βελέων ἐρωὴν, arceret impetum jaculorum, ne eum attingerent, *Il.* Δ. 542.

V. 120.

Κυνηγέτης, ου, ὁ, venator, qui aliàs & ὁ κυνηγός. qui canes educit contra feras. Deſcribitur *Il.* E. 49 — 56.

Ὀυδέ μιν ἐισοιχνεῦσι κυνηγέται, non veniunt in eam inſulam venatores. pro ἐισοιχνοῦσι, *Jonice.* Vide ad *Od.* Z. 157.

Ὅιτε καθ' ὕλην Ἄλγεα πάσχουσιν, κορυφὰς ὀρέων ἐφέποντες, qui per ſilvam Dolores patiuntur, juga montium luſtrantes.

V. 122.

Ποίμνη, ης, ἡ, grex quivis; in ſpecie & proprie ovium.

Ἄροτος, ου, ὁ, eſt actus & opus arandi, das Ackern.

Ὀυτ' ἄρα ποίμνῃσιν καταΐχεται, ὄυτ' ἀρότοισιν, Neque gregibus paſcendis obtinetur inſula, neque arationibus: nullæ oves aut capræ ibi ab hominibus paſcuntur, ſed eſt ab hominibus paſcentibus & cicuribus pecoribus deſerta inſula. ἤντε αὐτὸς ἀπο νόσφι κατίσχεαι, quamque ipſe ſeparatim apud te detineas, & alii eripias, *Il.* B. 233.

V. 124.

Χηρεύω, ſum vacuus *aut* viduus. ἀνδρῶν χηρεύει νῆσος, hominum vacua eſt inſula, non habitatur.

Βόσκει δέ τε μηκάδας αἶγας, paſcit vero balantes capras. μηκὰς, *Il.* Λ. 383.

V. 125.

Πάρα *h. l.* pro πάρεισι.

Νέες — μιλτοπάρῃοι, Vide ad *Il.* B. 637.

V. 126.

Ἔνι, inſunt.

Ὀυδ' ἄνδρες νηῶν ἔνι τέκτονες, ὅι κε κάμοιεν Νῆας, Non ſunt in ea inſula viri, navium fabri, qui ædificare poſſint naves. Ut ergo τὸ καμεῖν ſæpe ponatur pro ποιεῖν ἢ τελεῖν, μετὰ πόνου μέντοι.

V. 127.

Νῆας ἐυσσέλμους, *Od.* B. 390

Ἅι κεν τελέοιεν ἕκαστα, quæ curſu pervadere queant ad diverſa illa loca, huc & illuc, ex inſula majori in minorem, & inde rurſus in eandem majorem. *vel*, quæ efficere poſſent quæque, *vel* quæ finire poſſent diverſa, & tranſeundo perfecte jungere. nam ἕκαστος eſt nomen partiti-

artitivum, & *h. l.* notat, huc illuc, in partes diverſas & remotas: & τελεῖν eſt in ſpecie, finire iter, ad finem aliquem conſtitutum pervenire, peragere.

V. 128.

Ἄστε (ἄστεα) ἐπ' ἀνθρώπων ἰκνεύμεναι, νῆες, Ad oppida hominum vadentes, naves.

Οἶά τε πολλὰ, *plene*: διὰ οἷα πολλὰ αἴτια καὶ πράγματα, ob quales varias cauſſas vel negotiationes; ob qualia multa,] Τὸ δὲ, οἷά τε πολλὰ, ἔλλειψιν ἔχει προθέσεως, ἵνα λέγῃ, δι' οἷα πολλὰ αἴτια καὶ πράγματα ἐπ' ἀλλήλους περῶσιν ἄνθρωποι. *Euſtath.* Minus recte. Voces οἷα & πολλὰ non ad præcedentem ἕκαστα referuntur; ſed, ut opinor, *adverbiorum* loco hic uſurpantur, uti *Odyſſ.* Γ. 73. I. 254. Λ. 363. *Iliad.* Β. 798. Ω. 391. CLARK Veluti crebro—.

V. 129.

Ἄνδρες ἐπ' ἀλλήλους νηυσὶν περόωσι θάλασσαν, Viri ad ſe invicem navibus trajiciunt mare. Vide ad *Od.* Z. 272.

V. 130.

Οἵ κέ σφιν καὶ νῆσον ἐϋκτιμένην ἐκάμοντο, Qui ipſis & inſulam bene excultam labore ſuo faciant. *coll.* 126. 127.

V. 131.

Οὐ μὲν γάρ τι κακή γε, νῆσος, Non enim contemnenda, non ſterilis eſt, inſula.

Ὥριος, ου, ὁ, ἡ, ſuo tempore conſtituto, ex anni tempore. ab ὥρα, *Jon.* ὥρη, ης, tempus anni, qualia quatuor ſunt: deinde in genere, tempus.

Φέροι δέ κεν ὥρια πάντα, nam ferre ſane poſſet hæc inſula omnia, quæ quovis anni tempore edi ſolent e terra.

V. 132.

Ἐν (τῇ νήσῳ ἐκείνῃ) μὲν γὰρ λειμῶνες — Ὑδρηλοὶ, μαλακοὶ, Inſunt enim prata — Aquoſa, mollia.

Ἁλὸς πολιοῖο παρ' ὄχθας, ad & juxta ripas cani maris. ὄχθη, *Od.* Z. 97.

V. 133.

Ὑδρηλὸς, ἡ, ὸν, aquoſus, humidus, rigatus aqua.

Μάλα κ' ἄφθιτοι ἄμπελοι εἶεν, omnino perdurantes vites eſſent, die nicht vergehen oder verderben. σκῆπτρον πατρώϊον, ἄφθιτον αἰεὶ, ſceptrum regium paternum, ſemper incorruptibile, *Il.* Β. 46.

v. 134.

Ἐν δ' ἄροσις λείη, In ea etiam plana terra ad arandum apta, ein ebenes Ackerland. Ergo in Poëta ſubjectum arationis vocatur ἄροσις. ejus, & ſimul actionis, deſcriptio eſt *Il.* Σ. 541 — 549. ψιλὴν ἄροσιν, nudum arboribus ſolum, quod ad arandum erat aptum, *Il.* I. 576.

Λεῖος, *Od.* H. 282.

Μάλα κεν βαθὺ λήϊον αἰὲν Εἰς ὥρας ἀμῷεν, admodum profundam ſegetem ſemper Quovis anno meterent, ſie könnten immer eine tieffe, *i. e.* hohe Saat zu reifer Zeit einerndten.

Βαθὺ λήϊον, *Il.* B. 147.

v. 135.

Εἰς ὥρας, quoque maturitatis ſuæ tempore.

Ἀμῷεν, optat. *pro* ἀμάοιεν, meterent. ἔριθοι ἤμων, ὀξείας δρεπάνας ἐν χερσὶν ἔχοντες, operæ metebant, acutas falces in manibus habentes, *Il.* Σ. 551. λαχνήεντα ὄροφον λειμωνόθεν ἀμήσαντες, hiſpidum calamum ex prato cum collegiſſent *vel* ſecaſſent, *Il.* Ω. 451.

Ἐπεὶ μάλα πῖαρ ὑπ' οὖδας, quia valde pingue ſolum eſt huic inſulæ, ſie hat unten einen ſehr fetten Boden. βοῶν πῖαρ ἐξελέσθαι, *i. e.* pinguiſſimum bovem: nam leo ex grege eligit maxime opimum, *Il.* A. 549.

v. 136.

Ἐν δὲ λιμὴν ἔνορμος, In *ea* porro portus bonis ſtationibus præditus, *Od.* Δ. 358.

Ἵν' ὐ χρεὼ πείσματός ἐστιν, ut non opus ſit fune nautico ad alligandam navem ad terram. πεῖσμα, *Od.* Z. 269.

v. 137.

Οὔτ' εὐνὰς βαλέειν, Neque ancoras jacere. ἐκ δ' εὐνὰς ἔβαλον, de navigantibus, & ad portum accedentibus, *Il.* A. 436.

Οὔτε πρυμνήσι' ἀνάψαι, neque rudentes alligare. πρυμνήσια, *Od.* B. 418. ἀνάπτω, *Od.* Γ. 274. B. 86.

v. 138.

Ἐπικέλλω, fut. *Æol.* ἔλσω, appello navem in littus. ἐπικέλσαντας, nos, ſi ſubduxiſſemus navem. ex ἐπὶ & κέλλω, appello, promoveo cum hortatu & impetu.

Ἐπικέλ-

Ἐπικέλσαντας μεῖναι χρόνον, poſtquam appulerunt navem, manere ſolent aliquamdiu. Vide ad *Od.* Z. 295.

Εἰσόκε ναυτέων (*Jon.* pro ναυτάων, *Od.* Θ. 162.) θυμὸς ἐποτρύνῃ, quouſque voluntas nautarum incitaverit eos ad abeundum.

v. 139.

Καὶ ἐπιπνεύσωσιν ἀῆται, & adſpirent venti. νηὶ λιγὺς οὖρος ἐπιπνείῃ ὄπισθεν, navi a tergo adſpiret ventus ſtridens, *Od.* Δ. 357.

Ἀήτης, *Od.* Δ. 567.

v. 140.

Ἐπὶ κρατὸς λιμένος ῥέει ἀγλαὸν ὕδωρ, in ſuperiore parte portus fluit aqua limpida: in terra alta prope portum.

v. 141.

Περὶ δ' αἴγειροι πεφύασιν, circum autem natæ ſunt populi. περιφύω, circum adhærere *vel* naſci facio. circum adhæreo *vel* naſcor.

v. 142.

Καταπλέω, deorſum navigo, ex alto verſus portum *aut* littus. Eſt oppoſitum τῷ ἀναπλέω. ich fahre hinab, lauffe ein.

Ἔνθα κατεπλέομεν, Eo devecti ſumus, da lieffen wir ein.

Καί τις Θεὸς ἡγεμόνευε, atque aliquis Deus ducebat nos viam] Cum ſine propria induſtria aut conſilio eo appuliſſet, non potuit hunc felicem navigationis ſucceſſum alteri, quam ipſi Deo, acceptum referre, non minus vere quam pie. Quod ſi nobis divinare liceat, hunc Deum Minervam extitiſſe conjiciemus, quæ ſola fere ſemper Ulyſſi opitulatur: ipſe tamen, quod certe exploratum non habebat, ambigue etiam pronunciavit. Eadem *porro* pietas Ulyſſis *infra* adhuc apparebit, cum felicem quoque ſuam venationem caprearum tribuit Deo abſolute: αἶψα δ' ἔδωκε Θεὸς μενοεικέα θήρην. SPOND.

v. 143.

Νύκτα δι' ὀρφναίην, In obſcura nocte, *Il.* K. 83.

Οὐδὲ προὐφαίνετ' ἰδέσθαι, neque oſtendebat ſe, *ſcil.* φῶς, lux, ad videndum: *vel*, neque oſtendebat ſe, *ſcil.* locus, ut videri poſſet. τὰ δὲ προπέφανται ἅπαντα, nam hæc omnia oſtendunt ſe, *ſc.* loca & actiones in his locis:

omnia incurrunt in oculos, & conſpici poſſunt, *Il.* Ξ. 332. νῶϊ προφανείσα, nos ambas in conſpectum ejus venientes; & eſt accuſ. dualis, fœmin. generis, pendens ab omiſſo διὰ, propter nos, *Il.* Θ. 377. ἵππω προφανέντε, equos progreſſos duos, & in conſpectum venientes, *Il.* P. 487 ἐς πεδίον προφανέντε, in campum apertum progreſſi duo, Priamus & comes ejus, *Il.* Ω. 332.

v. 144.

Ἀὴρ γὰρ παρὰ νηυσὶ βαθεῖ' ἦν, Tenebræ enim circa naves denſæ erant.

Οὐδὲ σελήνη οὐρανόθεν προὔφαινε, nec luna De cœlo oſtendebat ſe, leuchtete hervor.

v. 145.

Κατείχετο γὰρ (οὐρανὸς) νεφέεσσιν, oppletus enim erat aër nubibus.

v. 146.

Ἔνθ' οὔτις τὴν νῆσον ἐσέδρακεν ὀφθαλμοῖσιν, Hic nemo inſulam conſpexit oculis, *ſc.* cum noctu veheremur in mari. νῦν δὲ αὐτὸς ἤκουσα Θεῦ, καὶ ἐσέδρακον ἄντην, audivi Deam, & adſpexi eam coram, *Il.* Ω. 223.

v. 147.

Οὔτ' οὖν κύματα μακρὰ κυλινδόμενα ποτὶ χέρσον Εἰσίδομεν, Neque ſane fluctus magnos volutos ad littus Vidimus.

v. 148.

Πρὶν νῆας — ἐπικέλσαι, antequam naves — littori admoveremus.

v. 149.

Κελσάσῃσι (*pro* κελσάσαις) δὲ νηυσὶ, Appellentibus autem ſe navibus. κέλλω *hic* de ipſis navibus ponitur, quaſi ipſæ promoverent ſe in littus.

Καθείλομεν ἱστία πάντα, *i. e.* κατηγάγομεν καὶ συνεστείλαμεν, demiſimus & collegimus vela omnia. ὡς ὅτε κέν μιν μοῖρα θανάτου καθέλῃ, quandocunque eum fatum mortis deprimet & auferet, *Od.* B. 100. Γ. 238.

v. 150.

Ῥηγμῖν, *Od.* Δ. 430.

v. 151.

Ἀποβρίζω, dormio quod ſatis eſt, edormio. ex ἀπὸ & βρίζω, dormito, ſedeo deſes & gravis.

Ἔνθα

Ἔνθα δ' ἀποβρίξαντες ἐμείναμεν ἠῶ δῖαν, Atque ibi dormitantes exſpectavimus auroram divinam.

v. 153.

Ἐδινεόμεσθα κατ' αὐτήν, circumagebamur per eam, inſulam, wir giengen in derſelben herum.

v. 154.

Ὦρσαν δὲ νύμφαι, κοῦραι Διὸς Αἰγιόχοιο, αἶγας —, Agitarunt, exagitarunt, excitaverunt vero Nymphæ, filiæ Jovis Ægiochi, capras] Le bon air & les pluyes douces ſont croître les herbages & les plantes, & les bons herbages & les bonnes plantes nourriſſent les animaux. Ces chevres ſauvages étoient donc abondantes dans cette Isle, à cauſe de la bonne nourriture qu'elles y trouvoient en abondance. Voilà pourquoi il dit, *les Nymphes, filles de Jupiter, firent lever devant nous &c.* Voilà comme la Poëſie fait des Divinitez des vertus & des facultez les plus naturelles. Αἱ νύμφαι, κοῦραι Διός, ἀλληγορικῶς αἱ τῶν φυτῶν αὐξητικαὶ δυνάμεις, ἃς ὁ Ζεὺς ποιεῖ, dit fort bien *Euſtathe*. DAC.

v. 155.

Αἶγας ὀρεσκῴους, Capras ſylveſtres & montanas. ἐμάχοντο φηρσὶν ὀρεσκῴοισι, pugnabant cum Centauris, *Il.* A. 268.

Ἵνα δειπνήσειαν ἑταῖροι, ut cibum caperent ſocii.

v. 156.

Καμπύλα τόξα, curvatos, curve expolitos arcus, *Il.* Γ. 17.

Αἰγανέα, jaculum. ὅση αἰγανέης ῥιπὴ ταναοῖο τέτυκται, quantus ſolet eſſe jactus longi jaculi, ſo weit ein Jagd-ſpieß flieget, *Il.* Π. 589. ex quo loco apparet, uſum ejus & fuiſſe in certaminibus. τέρποντο δίσκοισι καὶ αἰγανέαις ἱέντες, *Od.* Δ. 626. ubi ſermo eſt de certamine ludicro: quis quam longiſſime jacere poſſit. *h. l.* de venatione ſermo.

Δολίχαυλος, ου, ὁ, ἡ, longam habens cavitatem rotundam, inſtar fiſtulæ. αἰγανέας δολιχαύλους, haſtas cum longo & cavo ferro, in quod haſtile eſt inſertum, μακροσιδήρους. nam αὐλὸς *h. l.* eſt ἡ ὀπὴ τῆς αἰχμῆς, ᾗ τὸ ξύλον ἐμβάλλεται. das Oer, in welchem das Holz des Spieſſes oben ſtecket.

v. 157.

Διὰ δὲ τρίχα κοσμηθέντες, in tres ordines vel in tres partes autem diviſi: de venatoribus. ſed *Il.* B. 655. de exercitu in tres partes diſtincto. Eſt autem pro τρίχα διακοσμηθέντες. ἡμεῖς ἐς δεκάδας διακοσμηθεῖμεν, ſi in decadas divideremur ordine, *Il.* B. 126.

v. 158.

Βάλλομεν, *pro* ἐβάλλομεν, de venatione: Wir fälleten Wild.

Αἶψα δ' ἔδωκε Θεὸς μενοεικέα θήρην, ſtatim vero dedit Deus venationem largam. Vide ſupra ad *v.* 142. μενοεικὲ' ἐδωδήν, *Od.* Z. 76.

Θήρη. αἴμονα θήρης, ſcientem venationis, den guten Jäger, *Il.* E. 49. δύω κύνε εἰδότε θήρης, zwey wohl abgerichtete Jagd-Hunde, *Il.* K. 360.

v. 160.

Ἐννέα λάγχανον αἶγας ἐς ἑκάστην νῆα, Novem ſorte dividebam capras in unamquamque navem: ut jurgium in eligendo averteretur Niſi malis in $3.^{tia}$ plur. intelligere, ſorte accipiebant. Caprarum erant centum octodecim: decem, ut præcipuum γέρας, accipiebat Ulyſſes; reliquæ centum octo dividebantur in partes duodecim: & tunc ſorte conſtituebatur, quæ navis quam portionem ſumeret. Alii legunt, Ἐννέα λάγχανον αἶγες, Novem ſorte contigerunt capræ.

Ἐμοὶ δὲ δέκ' (δέκα) ἔξελον οἴῳ, mihi vero ſoli decem capras præcipue dabant. Ἀλκινόῳ δ' αὐτὴν γέρας ἔξελον, eam munus ſelegerunt ei præcipuum, honoris cauſſa: & πᾶν γέρας eſt ἐξαίρετόν τι. *Od.* H. 10.

v. 161.

Πρόπαν ἦμαρ, ἐς ἠέλιον καταδύντα, omnem diei partem reliquam, uſque ad occaſum ſolis, *Il.* A. 601.

v. 162.

Ἥμεθα δαινύμενοι κρέα τ' ἄσπετα, καὶ μέθυ ἡδύ, Sedebamus epulantes carnes immenſas, & vinum dulce. Verbum pertinet ad κρέατα, & ad οἶνον debet intelligi πίνοντες. nam δαίνυμαι propr. de cibis ponitur. Talis poſitio unius verbi ad duas diverſas res eſt & 166. 167. ἐς γαῖαν

ἐλεύσσο-

λεύσσομεν, καπνόν τε, φθογγήν τε οἰῶν τε, καὶ αἰγῶν, ubi d poſteriora ſubintelligitur ἠκούομεν.

v. 163.

Ἐκφθίω, prorſus perdo *aut* conſumo & deficere facio. Ου γάρ πω νηῶν ἐξέφθιτο οἶνος ἐρυθρὸς, Nondum enim ex navibus & in navibus abſumtum erat vinum rubrum.

v. 164.

Ἀλλ' ἐνέην, Sed erat in, *ſcil.* navi.

Ἀμφιφορεὺς, *Od.* Β. 290.

v. 165.

Ἠφύσαμεν πολλὸν ἐν ἀμφιφορεῦσιν ἕκαστοι, multum vinum in amphoras noſtras Infuderamus.

v. 166.

Κυκλώπων δ' ἐς γαῖαν ἐλεύσσομεν, *pro* ἐσελεύσσομεν, Cyclopum autem terram intuebamur. οἱ δὲ εἰς αὐτὸν τερπόμενοι λεύσσουσιν, *pro* εἰσλεύσσουσιν, adſpiciunt eum cum voluptate, *Od.* Θ. 171.

v. 167.

Καπνόν τ', Fumumque: ſignum habitatæ terræ.

Αὐτῶν τε φθογγὴν, οἰῶν τε, καὶ αἰγῶν, ipſorumque vocem, oviumque, & caprarum. φθογγὴ ergo & de pecudibus ponitur.

v. 169.

Κοιμήθημεν ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης, *Od.* Δ. 430.

v. 171.

Ἀγορὴν θέμενος, conventum conſidere faciens. loquitur Ulyſſes de ſociis ſuis.

v. 172.

Μίμνετ', (μίμνετε,) manete hic.

Ἐρίηρες ἑταῖροι, ſupra *v.* 100.

v. 174.

Τῶνδ' ἀνδρῶν πειρήσομαι, οἵ τινές εἰσιν, hos homines explorabo, quales ſint.

v. 175. 176.

Vide ad *Od.* Ζ. 120. 121.

v. 178.

Ἀνά τε πρυμνήσια λῦσαι, & rudentes ſolvere. ἀνάψαι, ſupra *v.* 137.

v. 179. 180.

Vide ſupra ad *v.* 103. 104.

v. 182.

Ἔνθα δ' ἐπ' ἐσχατιῇ, (*ſcil.* τῆς νήσου,) ad oram inſulæ. & ἄγχι θαλάσσης explicationis cauſſa additum.

v. 183.

Δάφνη, ης, ἡ, laurus. *item* frons ex hac arbore, ein Lorbeer.

Σπέος δάφνῃσι κατηρεφὲς, ſpeluncam lauro arbore ſuperne obſitam & obtectam; & ſermo eſt de ſpécu Polyphemi.

v. 184.

Ἰαύεσκον, cubabant, quieſcebant.

v. 185.

Δέδμητο, *Od.* Α. 426.

Περὶ δ' αὐλὴ Ὑψηλὴ δέδμητο κατωρυχέεσσι λίθοισι, circum autem cors Excelſa ædificata erat ſaxis ex parte infoſſis infra: iſta ſaxa cingunt cortem, & ſunt ingentia, qualia ſemi infoſſa natura viſuntur in agris, & quæ iſte ingens Gigas congeſſerat ſibi., ſic, ut aliud tale ſuper alio eſſet poſitum. Ergo *h. l.* a ſaxo ipſo, ſicut reperitur natum in terra, ſumtum eſt Epitheton. Vide ad *Od.* Ζ. 267.

v. 186.

Μακρῇσίν τε πίτυσσιν, Proceriſque pinis: & pertinet ad κατηρεφὲς, contectum, obtectum, *v.* 183. πίτυς βλωθρὴ, pinus alta, *Il.* Ν. 390.

Δρυσὶν ὑψικόμοισιν, *Il.* Ξ. 398.

Ὑψίκομος, in alto vertice ornatus comis. Eſt in Poëta Epith. δρυὸς, *quercus*, quæ frondibus in altum ſublatis viret.

v. 187.

Ἐνιαύω, immoror, ἐνδιατρίβω, ich halte mich drinnen auf, ruhe drinnen. ex ἐν & ἰαύω, reſpiro, commoror otioſe, quieſco, dormio.

Ἔνθα δ' ἀνὴρ ἐνίαυε πελώριος, ein ungeheur groſſer Mann wohnete drinnen.

Πελώριος ἀνὴρ, ingens & cum horrore mirandus vir, Polyphemus. πελώριος, *Od.* Γ. 290.

v. 188.

v. 188.

Οἶος ποιμαίνεσκεν ἀπόπροθεν μῆλα, Solus paſcebat pecudes ſeorſum, & remotus ab aliis. ἀπόπροθεν *h. l.* idem eſt, quod ἀπάνευθεν, *v. ſq.* Vide ad *Od.* Η. 244.

Οὐδὲ μετ' ἄλλυς πωλεῖτ', neque cum aliis Verſabatur.

v. 189.

Ἀθεμίςιος, ϰ, ὁ, ἡ, nefarius, injuſtus. ἀπάνευθεν ἐὼν ἀθεμίςια ᾔδη: de Polyphemo.

v. 190.

Καὶ γὰρ θαῦμ' ἐτέτυκτο πελώριον, Etenim miraculum erat ingens, *ſeu* admiratio ingens, idem *ſcil.* Cyclops, & per θαῦμα explicatur τὸ πελώριον.

v. 191.

Σιτοφάγος, ϰ, ὁ, ἡ, qui frumento & pane veſcitur.

Οὐδὲ ἐώκει Ἀνδρί γε σιτοφάγῳ, neque ſimilis erat Homini.

Ἀλλὰ ῥίῳ ὑλήεντι Ὑψηλῶν ὀρέων, ſed cacumini ſylvoſo horrido Excelſorum montium. ei apte comparatur hirſutus Cyclops. ῥίον, *Od.* Γ. 295.

v. 192.

Ὅτε φαίνεται οἶον ἀπ' ἄλλων, cum apparet id cacumen ſolum ab aliis, *i. e.* eminet longe ſupra omnia.

v. 194.

Νῆα ἔρυσθαι, navem cuſtodire, φυλάσσειν.

v. 195.

Κρίνας, cum elegiſſem.

v. 196.

Αἴγεον ἀσκὸν ἔχον μέλανος οἴνοιο, caprinum utrem habebam nigri vini. *Od.* Ζ. 78.

v. 198.

Ἴσμαρος, ſupra *v.* 40. Sacra hæc urbs erat Apollini.

Ὃς Ἴσμαρον ἀμφιβεβήκει, qui Iſmarum implet præſentia ſua, & præſidet ei. ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας Κίλλαν τε, qui ſemper obis & protegis eas urbes, & inhabitas præſens. *Il.* Α. 37. 38.

v. 199.

Οὕνεκά μιν σὺν παισὶ περισχόμεθ' ἠδὲ γυναικὶ, Quod eum cum liberis atque uxore conſervaſſemus *vel* conſervaveramus, tuiti eramus. Alibi dicit, ὑπερέχειν χεῖρά τινι, & περὶ ſæpe eſt pro ὑπὲρ. quaſi περιελάβομεν, complexi eramus

eramus tutela eum: weil wir uns ſeiner angenommen, und ihn übrig gelaſſen und erhalten hatten. ἀλλὰ σὺ, εἰ δύνασαί γε, περίσχεο παιδὸς ἑῆος, at tu, ſi quidem potes, ſuſcipe filium tuum tuendum; inquit Achilles ad matrem, βοήθει, περισσῶς ἀντέχε, nimm dich ſeiner hülfreich an, *Il.* A. 393.

V. 200.

Ἀζόμενοι, *ſc.* τὸν Ἀπόλλωνα, Reveriti, *ſc.* Apollinem, cujus ſacerdos erat is, cui parcebamus. ſic *Il.* A. 21. ἀζόμενοι τὸν Ἀπόλλωνα, aus Scheu vor dem, ne lædatur negatione ejus, quod a Græcis petebat ſacerdos ejus. μὴ ἄζεο Ἄρηα, ne verere Martem, ſcheue dich nicht vor ihm, *Il.* E. 830. χερσὶν ἀνίπτοις Διὶ λείβειν οἶνον ἅζομαι, manibus illotis Jovi libare vinum religio mihi eſt, *Il.* Z. 267. ἅζετο γὰρ, μὴ Νυκτὶ ἀποθύμια ἕρδοι, verebatur enim, ne Nocti diſplicentia faceret, *Il.* Ξ. 261.

Ὤικει γὰρ ἐν ἄλσεϊ δενδρήεντι Φοίβου Ἀπόλλωνος, habitabat enim (ſacerdos) in luco arborifero Phœbi Apollinis. ἄλσος Ἀθήνης, *Od.* Z. 291.

V. 202.

Χρυσοῦ — εὐεργέος ἑπτὰ τάλαντα, Auri — bene elaborati & puri ſeptem talenta. εὐεργέα νῆα, *Od.* Θ. 567.

V. 203.

Πανάργυρος, ου, ὁ, ἡ, totus argenteus. κρητῆρα πανάργυρον, craterem totum argenteum.

V. 204.

Οἶνον ἐν ἀμφιφορεῦσι δυώδεκα πᾶσιν ἀφύσσας, Vinum in duodecim amphoras in ſumma infundens,] *Amphoris duodecim ipſis.* Vide ad *Il.* Σ. 373. 470. & T. 247. CLARK.

V. 205.

Ἀκηράσιος, ου, ὁ, ἡ, non corruptus, non alteratus: purus; valetudini bene conducens, & mortem arcens. Οἶνον ἡδὺν, ἀκηράσιον, θεῖον ποτὸν, ut notet vinum vetuſtum, nullo fato adverſo corruptum, puriſſimum & vivaciſſimum.

V. 208.

Μελιηδέα οἶνον, *Od.* Γ. 46.

V. 210.

Ὀδμὴ δ' ἡδεῖα ἀπὸ κρητῆρος ὀδώδει, ſuavis autem odor a cratere olebat. Vide ad *Od.* E. 60.

V. 208 — 210.

Supra alia quæcunque vina Homerus *vinum* effert *Maroneum*, cujus unum poculum aquæ menſuris viginti temperabatur, & tamen ſtrenuum ſaporem ſuum probe retinebat. Hujuſce vini meminit quoque *Plinius*, & vel ſua ætate nobile fuiſſe aſſerit. (*Hiſt. Nat. Lib. XIV. Cap.* 4.) RICC. *Diſſ. Hom. Tom. I. p.* 176. FEITH. *Lib. III. Cap. II. §. III.*

V. 211.

Τότ' ἂν οὔτοι ἀποσχέσθαι φίλον ἦεν, tunc, ſi odor ille ſuaviſſimus vini generoſi impleret nares, nequaquam placebat abſtinere ſe a bibendo.

V. 212.

Ἐν δὲ καὶ ἤϊα Κωρύκῳ, *Od.* E. 266. 267.

V. 213.

Αὐτίκα γάρ μοι ὀΐσατο θυμὸς, nam ſtatim animus mihi præſagiebat, dann mein Herz trug es mir gleich zu, es ahnete mir gleich ſo was. ὀΐσατο γὰρ Θεὸν εἶναι, ſuſpicabatur, ſentiebat, Deum eſſe eum. vel potius, ſciebat jam certo, *Od.* A. 323.

V. 214.

Ἄνδρ' ἐπελεύσεσθαι μεγάλην ἐπιειμένον ἀλκὴν, Virum contra me venturum magno robore præditum; *vel* indutum, ausgerüſtet und angezogen mit Kraft. ἀναιδείην ἐπιειμένε, impudentiam indute palam, προφανῆ ἔχων τὴν ἀναίδειαν καλά τι περίβλημα, ἢ ἐνδεδυμένος αὐτὴν, οἷόν τι ὅπλον, *Il.* A. 149. Αἴαντες, ἐπιειμένοι ἀλκὴν, *Il.* H. 164. Σ. 157.

V. 215.

Οὔτε δίκας εὖ εἰδότα, οὔτε θέμιστας, de Polyphemo: utrumque nomen notat idem fere. qui nulla jura ſocialitatis & juſtos mores curabat.

V. 216.

Ἄντρον, ου, τὸ, ſpecus, caverna, eine Höle.

V. 217.

Νομεύω, ſum paſtor, paſco pecus in paſcuo.

Ἐνόμευε

Ἐνόμευε νομὸν κατὰ πίονα μῆλα, páſcebat in paſcuo pingues pecudes.

v. 218.

Ἐθηεύμεσθα ἕκαστα, ſingula ſpectabamus cum magna admiratione, & cum aliquo terrore.

v. 219.

Ταρσὸς, ȣ̃, ὁ, crates, ſuper qua ſiccatur aliquid, plexa ex viminibus, eine Horde. *item* ſuperficies manus vel pedis lata, a latitudine & Metaphorice ſic appellata, vel quia multi nervi & venæ ibi ſunt quaſi contextæ in formam cratis. ταρσοὶ μὲν τυρῶν βρῖθον, crates quidem caſeis gravatæ erant. ἔβαλε ταρσὸν δεξιτεροῖο ποδὸς, *Il.* Λ. 377. & 388. νῦν δέ με ἐπιγράψας ταρσὸν ποδὸς, ubi ſic vocat exteriorem ſuperficiem plantæ pedis. Eſt a τέρσω, *i. e.* ξηραίνω.

Τυρὸς, *Od.* Δ. 88.

Βρῖθον (*pro* ἔβριθον) ταρσοὶ τυρῶν, crates plenæ erant caſeorum, waren voll Käſe, ἔγεμον, ἢ βάρος εἶχον ὑπὸ τῶν τυρῶν, waren ſchwer beleget Vide ad *Od.* Z. 159.

Στείνοντο δὲ σηκοὶ Ἀρνῶν ἠδ' ἐρίφων, arcte autem impleta erant ſtabula Agnis & hædis στείνοντο δὲ λαοὶ, nam exercitus arctatus fuiſſet. *ſc.* in anguſto fere ſpatio ad caſtra habenda, ſie wurden ſeyn beſchweret worden; ideo naves ſeparandæ fuerant, ut amplius fieret ſpatium, maxime in littore, ubi acceſſus ad mare facilis, neceſſarius erat, *Il.* Ξ. 34. ποταμὸς, στεινόμενος νεκύεσσιν, fluvius, oppletus denſe cadaveribus, *Il.* Φ. 220.

Σηκὸς, *Il.* Σ. 589.

v. 220.

Διακεκριμέναι δὲ ἕκασται Ἔρχατο, pecudes in certas claſſes ſeparatæ incluſæ erant ſeparatim. nam quod concludit & includit, id arcet & ſeparat ſuo modo. σάκεσι γὰρ ἔρχατο πάντη, ἑσταότες, clypeis contecti erant & ſepti undique, ſtantes, ſie waren mit an einander ſchlieſſenden Schilden bedecket, ὡς ἐν τειχίῳ, velut muro, *Il.* P. 354.

v. 221.

Χωρὶς — χωρὶς — χωρὶς, Polyphemus dicitur incluſas habuiſſe oves, quamque ſpeciem earum ſuo ſeparato ſtabulo.

Πρόγονοι,

Πρόγονοι, *h. l.* de ovibus & capris, majores natu; die ältern Schafe und Ziegen.

Μέτασσαι, αἱ, *pro* μέσσαι, *vel* μέσαι, interſerta ſyllaba τα: ſunt αἱ μεσήλικες, mediæ ætatis oves.

V. 222.

Ἕρσαι *Metaphorice h. l.* dicuntur agni teneri, quaſi humidi adhuc a matre; agnæ αἱ νεώταται, καὶ οἷον δροσεραὶ διὰ τὸ ἁπαλόν.

Ναῖον (*pro* ἔναον) δ' ὀρῷ ἄγγεα πάντα, completa autem erant ſero vaſa omnia. ναίειν hîc notat πεπληρῶσθαι, ὡς καὶ ἔξω ῥέειν. Vide ad *Od.* Z. 292. Δ. 174

Ὀρὸς, ȣ, ὁ, ſerum lactis, Molken: τὸ ὑπολειπόμενον ὑδατῶδες ἐν τῇ πήξει τȣ γάλακτος, quod remanet, ſi coagulatum eſt lac coagulo, ἡ ὑδατώδης τȣ γάλακτος ὑπόστασις. Et id erat ἀγροτικὸν πόμα, bibebatur a paſtoribus pro potu ordinario. Eſt ab ὄρω, cieo: nam immiſſo in lac coagulo fit motus, quo pinguedo lactis ſeparatur ab aqueis partibus.

V. 223.

Γαυλὸς, ȣ, ὁ, capax vas lactis *aut* ſeri.

Σκαφὶς, ίδος, ἡ, mulctra.

Ἄγγεα, (quæ ſunt *genus*,) γαυλοί τε, σκαφίδες τε, (quæ ſunt duæ *ſpecies*,) vaſa, Mulctraliaque, ſcaphiaque.

Τετυγμένα ἄγγεα, præparata vaſa. κρητῆρα τετυγμένον, *Od.* Δ. 615. *i. e.* εὖ κατεσκευασμένον καὶ ἐπιτυχῶς.

Ἐναμέλγω, immulgeo. τοῖς ἐνάμελγεν, in quæ vaſa immulgebat lac, lac in ea colligebat.

V. 224.

Ἔνθ' ἐμὲ μὲν πρώτισθ' ἕταροι λίσσοντ' ἐπέεσσι, Ibi me maximopere orabant ſocii, ut redirent retro, ſi ſumſiſſent ſecum caſeorum nonnullos, & raptim egiſſent hœdos & agnos ad navem; & deinde navigarent aliorſum. Hoc contextu eſt τὸ πρώτιστα & τὸ ἔπειτα *h. l.* intelligendum.

V. 225.

Τυρῶν αἰνυμένους ἰέναι πάλιν, Si ex caſeis quosdam ſumſiſſent, retro ire. quæ phraſis eſt Attica, *pro* ἐκ τῶν τυρῶν τινάς: nam talis Genitivus partem de aliquo toto deſignat. Conf. BOS *Ell. Gr. p.* 199. 200. θώρηκος τȣ αἴνυτ' ἀπὸ στήθεος, detrahebat ejus thoracem de pectore ejus.

Il. Δ.

Il. Λ. 374. ἄλλον ὀϊςὸν αἴνυτο, aliam ſagittam capiebat, depromebat ex pharetra, *Il.* O. 459.

V. 227.

Σηκῶν ἐξελάσαντας, Ex ſtabulis expellentes.

Ἐπιπλεῖν ἁλμυρὸν ὕδωρ, innavigare mare. Vide ad *Od.* Ε. 100.

V. 228.

Ἀλλ' ἐγὼ ἐ πιθόμην, Sed ego non parui.] Ita ſolent plerumque prudentes homines ſuæ ipſius ad rerum actus adhibendæ dexteritatis obliviſci, ut non ſolum ipſi ſatis providi per ſe non ſint, ſed ne bene monentibus quidem auſcultent, licet eos audiant. Secus fecerat Ulyſſes in Ciconum regione, ubi fuga periculum ingruentium hoſtium antevertere reliquis ſuadebat. Sed ut tunc ille ceteris, ut ita ſubito diſcederent, non perſuaſit; ita nec ei nunc ſocii perſuadent, cum tamen, ut ipſemet fatetur, ſalutare eſſet illorum conſilium. Id tamen demum poſtea intellexit cum ſuorum jactura: quanquam ſi exitum Polyphemi reſpicias, nihil eſt, quod de mora ſua Ulyſſes conqueratur, niſi quod ex ſuorum excidio plus damni, quam ex illius ultione emolumenti ſe accepiſſe intelligat. SPOND.

Ἦτ' ἂν πολὺ κέρδιον ἦεν, certe mihi multo utilius fuiſſet.

V. 229.

Καὶ εἰ μοι ξείνια δοίη, *i. e.* εἴπως μὲ ξενίσει.

V. 230.

Οὐδ' ἄῤ ἔμελλ' ἑτάροισι φανεὶς ἐρατεινὸς ἔσεσθαι, Neque ſane ſociis apparens amabilis futurus erat.

V. 231.

Κέω, & κείω, aduro, accendo, uro.

Ἔνθα δὲ πῦρ κείαντες (*pro* κείσαντες,) ἐθύσαμεν, Ibique ignem accendentes rem ſacram fecimus.

V. 233.

Ἕως ἐπῆλθε νέμων, donec advenit paſcens pecora, bis er vom Vieh-weiden herzu kam.

Φέρε δ' ὄβριμον ἄχθος Ὕλης ἀζαλέης, ferebat autem grave pondus Lignorum aridorum. ἀφίει μένος ὄβριμος Ἄρης, validus Mars emiſit robur ejus, *i. e.* validum haſtæ ferrum fecit, ut homo moreretur, *Il.* N. 444. ὄβριμος Ἕκτωρ, *Il.* Λ.

Il. Λ. 347. ὄβριμον ἔγχος, quod idem eſt ac ὄβριμος Ἄρης, *Il.* Γ. 357. ὄβριμον ὕδωρ, ſtarkes reiſſendes mächtiges Waſſer, *Il.* Δ. 453.

v. 234.

Ὕλη ἀζαλέα, ligna ſicca, trocken Holz. βοῦν ἀζαλέην, ſiccum corium bubulum, *i. e.* ſcutum, *Il.* Η 238 239. δρῦς ἀζαλέας καὶ πεύκας, quercus aridas & larices, ſive ſint caſu dejectæ & ſiccatæ, ſive humano conſilio: quod poſterius ſæpe fit, ut prope flumen dejiciantur arbores cædendo, relinquanturque ibi aliquamdiu, donec ſiccatæ deportentur fluvio, *Il.* Λ. 494. Conf. *Il.* Δ. 487.

Ποτιδόρπιος, *Attice* pro προσδόρπιος, ου, ὁ, ἡ, ad cœnam adhibendus. ἵνα οἱ (Κύκλωπι) ποτιδόρπιον εἴη, *ſc* ξύλον, ut ei eſſet lignum, quod accenderet ad lucendum, ſi cænaret. Nam antiquiſſimis ligna ardentia præbebant lumen in habitationibus, cereis & candelis nondum repertis.

v. 235.

Ἔκτοσθεν δ' ἄντροιο βαλὼν ὀρυμαγδὸν ἔθηκεν, Extra autem antrum dejiciens de humero allata ligna, ſtrepitum magnum fecit Cyclops, rediens domum. ξεῖνος ἀνιηθεὶς ὀρυμαγδῷ, hoſpes tædio affectus a ſtrepitu confuſo & clamore tot procorum epulantium petulanter, *Od.* Α. 133.

v. 236.

Ἡμεῖς δὲ δείσαντες ἀπεσσύμεθ' ἐς μυχὸν ἄντρου, Nos vero timentes celeriter recedebamus in receſſum antri. ἀπέσσυτο δώματος, proripuit ſe a domo. *pro* ἀπεσύετο, *vel* ἀπεσσύετο, *Il.* Ζ. 390. ſic ὁ μὲν αὖτις ἀπέσσυτο, ille quidem abiit, *Il.* Ο. 572.

v. 238.

Μῆλα πάντα μάλ', ὅσσ' ἤμελγε, pecudes omnes prorſus, quas mulgere ſolebat.

Ἄρσενα μῆλα, maſcula pecora. & quidem ἀρνειοὺς καὶ τράγους, ut *v. ſeq.* ipſe explicat. τέκον ἄρσενος οἰός, arietis, *Il.* Μ. 451.

Λεῖπε θύρηφιν, relinquebat foris.

v. 239.

Ἀρνειούς τε, τράγους τε, Arietesque, hircosque. ἀρνειός, *Od.* Α. 25.

Τράγος, ου, ὁ, hircus, ein Ziegenbock.

Βαθείης ἔκτοθεν αὐλῆς, altum extra ſtabulum.

v. 240.

Θυρεὸς, οῦ, ὁ, janua, *vel* quod vicem januæ præſtat.

Ἐπέθηκε θυρεὸν μέγαν, præpoſuit januam magnam: & ſic vocat ſaxum illud ingens, quo Polyphemus munire ſolebat oſtium ſpeluncæ ſuæ. *coll.* 243.

Ὑψόσ' ἀείρας θυρεὸν μέγαν, oſtium ingens (lapideum, quod Polyphemus antro præponere noctu ſolebat) in altum tollens: ut notentur vires hujus monſtri plus quam humanæ.

v. 241.

Ὄβριμον, μέγαν θυρεὸν, grave, magnum oſtium.

Δύω καὶ εἴκοσ' ἄμαξαι, per ἄμαξαι hic intelliguntur ζεύγη ad tot currus jungenda. 22. Geſpanne ſtarker Ochſen oder Maulthiere. tot juga boum non moviſſent ſolo hoc ſaxum. Ergo *h. l.* plauſtra, ad quæ robuſti boves aut muli junguntur, poſita ſunt pro jumentis, quæ jungi ſolent. Apparere ſimul videtur, ἁμάξας plerumque fuiſſe τετρακύκλους, vierrädrig; etſi non ſemper, nec ubique, ſicut nec apud nos hodie.

v. 242.

Τετράκυκλος, *currus* Epith. *Il.* Ω. 324.

Ἀπ' οὔδεος, a ſolo, von der Erde.

Οὐκ ἂν τόν γε δύω καὶ εἴκοσ' ἄμαξαι (*i. e.* ζεύγη, paria jumentorum) Ἐσθλαὶ — ἀπ' οὔδεος ὀχλίσσειαν, non ſane illud viginti duo juga boum Bona — a ſolo movere queant, ſollten ihn fortſchaffen können. τὸν λίθον οὔ κε δύο ἄνδρε ῥηϊδίως ἐπὶ ἄμαξαν ἀπὸ οὔδεος ὀχλίσσειαν, eum non duo viri robuſti facile in plauſtrum a ſolo promovere & attollere queant, *Il.* Μ. 448.

v. 243.

Τόσσην ἠλίβατον πέτρην ἐπέθηκε θύρῃσιν, Tantam præruptam rupem quaſi poſuit ante oſtium. ἠλίβατος πέτρη, rupes prærupta, *Il.* Ο. 273.

Ἠλίβατος, ου, ὁ, ἡ, Epith. *rupis inviæ & præruptæ.* ab ἀλιτεῖν, *i. e.* ἀπολυχεῖν καὶ ἁμαρτεῖν τῆς ἐκεῖ βάσεως, weil man da ſehr leicht fehl tretten kan, weil da der Schritt nicht gelinget. Eſt ergo *per Sync.* pro ἠλιτόβατος. Nam qui

qui deducunt ab ἥλιος & βαίνω, quia Sol alta maxime collustrat, exploduntur ab antiquis.

v. 244.

Ἤμελγεν ὄϊς καὶ μηκάδας αἶγας, mulgebat oves & balantes capras. Vide ſupra ad *v.* 124 & 238.

v. 245.

Πάντα κατὰ μοῖραν, de Cyclope mulgente & procurante pecudes ſuas.

Ἔμβρυον, ου, τὸ, propr. eſt τὸ ἐντὸς βρύον, (*i. e.* αὐξόμενον,) ἐντὸς τῆς γαστρὸς θάλλον καὶ ζῶν, embryo, infans in utero matris. deinde &, recens natum a matre, quod aliâs τὸ βρέφος dicitur. Homerus nomen ἔμβρυα in latiori ſignificatu ponit, ut notet τὸ νεογιλὸν γαλαθηνὸν, lactens infans.

Καὶ ὑπ' ἔμβρυον ἧκεν ἑκάστῃ, *pro* ὑφῆκεν, & ſub quamque ovem miſit fœtum ſuum ad lactendum, ſubmiſit cuique ovi & capræ ſuum tenerum fœtum, ut lacteret. ὑπὸ δὲ θρῆνυν ποσὶν ἥσει, *pro* ὑφήσει, ſupponet, ὑποθήσει, ὑποβαλεῖ, *Il.* Ξ. 240. ὑφέντες τὸν ἱστὸν, demittentes malum, χαλάσαντες, *Il.* Α. 434.

v. 246.

Ἥμισυ - θρέψας λευκοῖο γάλακτος, quum dimidiam partem albi lactis coagulo denſaſſet in caſeum. θρέψας, *i. e.* πήξας.

v. 247.

Πλεκτοῖς ἐν ταλάροισιν ἀμησάμενος κατέθηκε, Plexis in corbibus quum compreſſiſſet, repoſuit.

Πλεκτοῖς ἐν ταλάροισιν, plexis in calathis, in geflochtenen Körben. nam de caſeis recens factis hic eſt ſermo. πλεκτὴν ἀναδέσμην, textile crinale, *Il.* Χ. 469. & numeratur ibi inter ornamenta capitis muliebris.

Τάλαρος, ου, ὁ, corbis, καλαθίσκος, ein Korb. πλεκτοῖς ἐν ταλάροις ἔφερον καρπὸν, *i. e.* uvas. *Il.* Σ. 568. eſt ergo ibi κόφινος ἐπιτήδειος εἰς συγκομιδὴν σταφυλῶν, ein Korb zu den Trauben in der Weinleſe, eine Butte. De alia ſpecie corbis, improprie dicti, eſt *Od.* Δ. 131. (125.) τάλαρον ὑπόκυκλον, ἀργύρεον, χρυσῷ δ' ἐπὶ χείλεα, ubi ſermo eſt de Helena fila ductura. cui adfertur calathus infra rotundus, in quo glomos filorum ſervabat.

'Αμησάμενος, ex *h. l.* propria vis hujus verbi maxime apparet: nam lac coagulatum ex ſero colligebatur manu, comprimebaturque, ut cohæreret caſeus; & in corbiculos vimineos ingerebatur. Ergo vides notionem colligendi & conſtringendi primariam hujus verbi: συνελὼν χερσὶ καὶ συναγαγών. Vide ſupra ad *v.* 135.

v. 249.

Ποτιδόρπιον γάλα, lac, quod in cœna biberet. Vide ad *v.* 234.

v. 250.

Αὐτὰρ ἐπειδὴ σπεῦσε πονησάμενος τὰ ἃ ἔργα, At cum laborando feſtinaverat & exſecutus erat ſua opera: da er hurtig hinter ſeiner Arbeit her geweſen war, und alles beſchicket hatte.

v. 251.

Πῦρ ἀνέκαιε, ignem accendebat.

Εἴρετο, interrogabat.

v. 252.

Πόθεν πλεῖθ' ὑγρὰ κέλευθα; Unde navigatis per humidas vias? Unde tranſitis, movetis vos, per mare? ita *Od.* Γ. 71.

v. 253

Ἦ τι κατὰ πρῆξιν, An forte negotiationis cauſa? qua vel ut mercatores, vel ut legati. aut alii negotiatores huc profecti eſtis. *ibid.* 72.

Ἦ μαψιδίως ἀλάλησθε; an ſine certo propoſito proficiſcendi aliquo vagamini? *ibid.*

v. 254.

Οἷά τε ληϊστῆρες ὑπεὶρ ἅλα, Oder kreuzet ihr, ohne weitere Geſchäfte, bloß Beuthe hie und da zu machen, auf dem Meer herum? *ibid.* 73.

Τοί τ' (ληϊστῆρες) ἀλόωνται ὑπεὶρ ἅλα, qui (piratæ) circumvagantur in mari. *ib.*

v. 255.

Ψυχὰς παρθέμενοι, de piratis: die ihr Leben dran ſetzen. *ib.* 74.

Κακὸν ἀλλοδαποῖσι φέροντες, malum in alia terra habitantibus ferentes, malum alienigenis inferentes. *ib.*

v. 256.

v. 256.

Ἡμῖν δ' αὖτε κατεκλάσθη φίλον ἦτορ, Vide ad *Od.* Δ. 481.

v. 257.

Δειςάντων φθόγγον βαρὺν, Timentibus nobis (nam reſpicit præcedens ἡμῖν, & eſt pro δείσασι, ob æquipollentiam horum caſuum in tali conſtructione verborum) ſonum loquendi gravem & durum ejus; & ſermo eſt de Cyclope loquente. Ergo verba *v.* 252 — 255. cum gravi ſono ſunt legenda, ut Poëta innuit. Nam Homerus monſtravit quoque primus τὴν τεχνικὴν ὑπόκρισιν, imitationem perſonarum in geſtu & ſono; & in hoc ſolo, i. e. ἐν τῇ καθ' ὑπόκρισιν ἀναγνώσει, differunt hæc verba ab iis Neſtoris, *Od.* Γ. 71 — 74. τεὸν φθόγγον ποθέοντε ἵππω, tuum ſonum, conſuetum ſibi, deſiderantes, & non adeſſe ſentientes, equi ambo, *Il.* Ε. 234.

Αὐτόν τε πέλωρον, ipſumque ingentem & horribilem, *ſcil.* Cyclopem.

v. 259.

Ἡμεῖς Τροίηθεν ἀποπλαγχθέντες, Nos a Troja jactati in diverſa. Vide ad *Od.* Θ. 573.

v. 260.

Ὑπὲρ μέγα λαῖτμα θαλάσσης Ἤλθομεν, ſuper & trans interſtitium magnum maris Ivimus. Vide ad *Od.* Θ. 561.

v. 261.

Ἱέμενοι οἴκαδε, *Od.* Γ. 160.

Ἄλλην ὁδὸν, ἄλλα κέλευθα Ἤλθομεν, aliam viam ivimus, ac deſtinaveramus.

v. 262.

Οὕτω που Ζεὺς ἤθελε μητιάασθαι, pro μητιάεσθαι, *contr.* μητιᾶσθαι, ſic nimirum Jupiter voluit decernere. Vide ad *Od.* Θ. 9.

v. 263.

Εὐχόμεθα, profitemur.

v. 264.

Τοῦ δὴ νῦν γε μέγιστον ὑπουράνιον κλέος ἐστὶ, Cujus ſane nunc maxima ſub cœlo gloria eſt. ὑπουράνιον κλέος μέγα, fama cœlum attingens, *i. e.* ingens & latiſſime diffuſa, *Il.* Κ. 212. ὑπουρανίων πετεηνῶν, avium in aëre & ſub nubibus volantium, der Vögel unter dem Himmel, *Il.* Ρ. 675.

v. 265.

Τόσσην γὰρ διέπερσε πόλιν, Tantam enim expugnavit & evertit urbem, Agamemnon.

Ἀπώλεσε λαὺς πολλὺς, occidit multos.

v. 266.

Ἡμεῖς δ' αὖτε κιχανόμενοι τὰ σὰ γῦνα Ἱκόμεθ', nos autem venimus ſupplices accedentes ad tua genua. Vide ad *Od.* Θ. 329.

v. 267.

Εἴ τι πόροις ξεινήϊον, ἠὲ καὶ ἄλλως Δοίης δωτίνην, hic ξεινήϊον & δωτίνη differre videntur, ut κειμήλιον καὶ μὴ κειμήλιον: & ſine dubio ξεινήϊον hic eſt potus & cibus hoſpitalis; δωτίνη vero notat κειμήλιον aliquod in memoriam. Vid. ad *Od.* Θ. 389.

v. 268.

Δωτίνη, datio, donatio, eine Gabe, in ſenſu generali. οἵ κέ ἑ δωτίνῃσι θεὸν ὣς τιμήσουσι, qui eum muneribus honorabunt, *Il.* I. 155. & ſermo eſt de principe, qui a ſubditis capit munera.

Ἥ τε ξείνων θέμις ἐςίν, qui hoſpitum mos eſt, uſu & jure gentium conſtitutus.

v. 269.

Ἀλλ' αἰδεῖο (præſ. opt. Med.) — θεὺς, Sed reverearis — Deos.

Φέριστε, o fortiſſime, o optime: inquit Ulyſſes κολακικῶς ad Polyphemum, cujus nomen proprium ignorat. Φέριςος, *Od.* A. 405.

Ἱκέται δέ τοι εἰμέν, ſupplices nempe tibi ſumus.

v. 270.

Ἐπιτιμήτωρ, ορος, ὁ, qui pretium alicui rei ſtatuit & auget, qui rem in pretio haberi vult, ὁ ἐπόπτης καὶ βοηθὸς, ὁ τιμητικός. Eſt ab ἐπιτιμάω, vel ἰάω, in pretio eſſe volo aliquid, honoro. Notat deinde &, ὁ ἐκδικητής, vindex, ultor.

Ζεὺς δ' ἐπιτιμήτωρ ἱκετάων τε, ξείνων τε, Ξείνιος, Jupiter eſt inſpector ſupplicum & hoſpitum, hoſpitalis ille Jupiter: er will alle Hülf-ſuchende und Fremde werth geachtet wiſſen.

v. 271.

V. 271.

Ὃς ξείνοισιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ, qui hoſpites venerabiles & pudenter tractandos comitatur. Vid. ad *Od.* Η. 165.

V. 270. 271.

Domum ac larem familiarem habere, maximopere commendatum fuit apud Græcos; imo in viri boni laude poſitum. — Veruntamen magna fuit eorum humanitas in illos, qui fati malignitate domus ac rei inopes oberrarent; adeoque erga quoslibet, qui ad eos ſe recipiebant. *Deos horum curam gerere credebant, & offenſorum injurias vindicare.* (*Pluto, Lib. VII. de Leg.*) — *Jovem* præcipue hoc curare cenſebant. qui ideo Ξείνιος, *Hoſpitalis*, Græcis dictus. FEITH. *L. III. C. XII.* §. *I.*

Hoſpitibus vicini ſunt *ſupplices*, eodem nomine quoque inſigniti, ut patet ex Ulyſſe, qui hoſpitem ſe dicit & ſupplicem Polyphemo. Et pari religione utrique culti, ſiquidem Jupiter

— *ἐπιτιμήτωρ ἱκετάων τε, ξείνων τε*,

— *ultor ſupplicumque, hoſpitumque*,

creditus. IDEM. *L. III. C. XIV.* §. *I.*

V. 272.

Νηλέϊ θυμῷ, hîc in malo ſenſu: duro animo. Sed & in bono ſenſu, νηλέα θυμὸν, *Il.* Τ. 229. ubi ſermo eſt de mortuo cremando, quem oportet cremare habentes animum firmum, poſtquam eum defleverunt unum diem.

V. 273.

Νήπιος εἰς, ὦ ξεῖν', ἢ τηλόθεν εἰλήλουθας, Omnium rerum imperitus es, o hoſpes, aut ex longinquis locis advenis.

V. 274.

Ὅς με Θεοὺς κέλεαι δειδίμεν, ἢ ἀλέασθαι, Qui me Deos jubes, hortaris, aut vereri, aut cavere. μήπως με, προϊδὼν ἠὲ προδαεὶς ἀλέηται, ne me, prævidens aut alio modo præcognoſcens, vitet & effugiat, *Od* Δ. 396 μύθους μὲν ὑπερφιάλους ἀλέασθε πάντας, verba inſolentia vitate omnia, *ibid.* 774.

V. 275.

Οὐ γὰρ Κύκλωπες Διὸς αἰγιόχου ἀλέγουσιν, Οὐδὲ θεῶν μακάρων, inquit impius Polyphemus: Non enim Cyclopes

Jovis Ægiochi rationem habent, neque Deorum beatorum. Vide ſupra ad *v.* 115.

v. 276.

Ἐπειὴ πολὺ φέρτεροι εἰμὲν, ſiquidem robuſtiſſimi ipſi ſumus, & poſſumus nobis neceſſaria parare ſine ope Deorum.

v. 277.

Οὐδ' ἂν ἐγὼ Διὸς ἔχθος ἀλευάμενος πεφιδοίμην Οὔτε σεῦ, οὔθ' ἑτάρων, Neque ſane ego Jovis odium devitare ſtudens pepercerim *vel* parcerem neque tibi, neque ſociis. ἀλαλάλο κῆρα μέλαιναν, *Il.* Γ. 360.

Πεφιδοίμην, aor. 2. opt. cum Jonica reduplicatione, pro φιδοίμην. εἴπως ἕ πεφίδοιτο, an parceret ei, *Il.* Υ. 464. πεφιδέσθαι Τρώων, parcere illis, nec occiſos velle eos, *Il.* Φ. 101.

v. 278.

Ἐι μὴ θυμός με κελεύει, niſi voluero.

v. 279.

Εἰφ', (*pro* εἰπὲ,) ὅπη ἔχες ἰὼν εὐεργέα νῆα, dic, ubi tenebas *vel* ubi habebas, cum huc ires, bonam tuam navem; ubi eam appuleras. Vid. ad *Od.* Θ. 567.

v. 280.

Ἦ πυ ἐπ' ἐσχατιῆς, ἢ καὶ σχεδὸν,] Verte: *utrum in remoto aliquo abhinc loco*, ſeu *utrum longe hinc, an prope*, ut *v.* 117. ὔτε σχεδὸν ὔτ' ἀπόπροθεν. Ad extremam oram ſemper ſtant naves: ut ſupra 182. ἐπ' ἐσχατιῇ — ἄγχι θαλάσσης. ERN.

Ὄφρα δαείω, ut diſcam & docear: ut ſciam, *Il.* Κ. 425. aor 2. ſubj. Paſſ pro δαῶ, diſtracto circumflexo per inſertum ε, eoque ε producto *Jonice* in ει, v. δαίω.

v. 281.

Ὣς φάτο πειράζων, Sic dicebat, explorans interrogando,] Intelligo, hoc quæſiſſe Polyphemum, ut, ſi forſan Ulyſſes reſpondiſſet, navem ſuam in littore exiſtere, eam ipſe continuo diſrupiſſet. At Ulyſſes prudentiſſimus aſtutiam hominis eſt ſagaciter ſubodoratus, & opportune confingit mendacium, ſibi navem non eſſe, quod illa tempeſtate confracta, & a ventis alio abrepta ſit, cum jam littora tetigiſſet. SPOND.

Ἐμὲ

Ἐμὲ δ' ὐ λάθεν εἰδότα πολλά, me autem non latuit multa ſcientem. λάθεν, *Il.* Γ. 420.

v. 282.

Ἀλλά μιν ἄψοῤῥον προσέφην, *i. e.* ἔμπαλιν ὧν φθάσας ἐλάλησα, in contrarium iis, quæ paullo ante dixeram. Nimirum *h. l.* τῷ ἄψοῤῥον non ſola iterandi, ſed & contradictionis & reprehenſionis ante dictorum, notio ineſt. Nam paullo ante ſignificaverat, ſibi eſſe navem, 260 — 269. nunc vero intelligens, ſibi cum feritate ipſa rem eſſe, retractat narrationem, & aliter determinat: quod tamen ſtultus Cyclops non animadvertit. ἄψοῤῥοι κίομεν, retro ibamus, *Il.* Φ. 456. ſic ἀπονέοντο, *Il.* Γ. 313. abibant retro. Neutrum ἄψοῤῥον adverbialiter ponitur pro, rurſus, retro, retrorſum. ἄψοῤῥον θυμὸς ἐνὶ ςήθεσσιν ἀγέρθη, recolligebatur animus, *Il.* Δ. 152.

v. 284.

Ὑμῆς ἐπὶ πείρασι γαίης, apud fines veſtræ terræ.

v. 285.

Ἄκραι, αἱ, quaſi Subſtantive poſitæ, ſunt extremitates & prominentiæ terrarum verſus mare, ἀκρωτήρια, Vorgebirge, Landſpitzen am Meer, *Il.* Δ. 425. Ξ. 36.

Ἄκρῃ προσπελάσας νῆα, Prominenti petræ admovens violenter navem. *coll.* 284. προσβαλὼν πέτραις, quod eſt idem. κῦμα προσπλάζον, fluctus adventans, *Il.* Μ. 285.

Ἄνεμος δ' ἐκ πόντε ἔνεικεν, *ſcil.* τὴν νῆα πρὸς γῆν, ventus autem ex alto mari flans tulit navem ad littus durum, ubi fracta eſt.

v. 286.

Ὑπέκφυγον (*pro* ὑπεξέφυγον) ὄλεθρον, effugi mortem.

v. 287.

Νηλέϊ θυμῷ, *v.* 272.

v. 288.

Ἑτάροις ἐπὶ χεῖρας ἴαλλε, ſociis meis manus injecit Polyphemus. *pro* ἐπίαλλε, ἐπέβαλε.

v. 289.

Σὺν δὲ δύω μάρψας, Duos autem comprehendens. συμμάρψας δόνακας, *Il.* Κ. 467.

Σκύλαξ, ακος, ὁ, ἡ, canis catulus, *vel* lupi catulus. ein junger Hund oder Wolf. Eſt ergo a κύων. hinc ἡ Σκύλλα nomen

nomen habet, a ſono maris ad illum ſcopulum, quaſi catuli ibi latrarent multi.

Ὥςε σκύλακας, ποτὶ γαίῃ Κόπτ', *pro* προσέκοπτε γαίῃ, quaſi catulos, alliſit eos terræ, Cyclops voraturus eos viros. quo indicatur ingens robur Cyclopis, qui facile pedibus prehenſos attollebat tales viros ἡρωϊκὰς, & capita terræ allidebat.

v. 290.

Προσκόπτω, allido.

Ἐγκέφαλος, *Il.* Γ. 300.

Χαμάδις, *ibid.*

Δεῦε δὲ γαῖαν, & rigabat terram.

v. 291.

Διαμελεϊςὶ, *adv.* in membra & partes diſſecando. διαμελεϊςὶ ταμὼν, membratim diſcerpens. ex διὰ & μελεϊςὶ, *adv.* membratim. μελεϊςὶ ταμὼν, in fruſta diſſecans corpus, Glied vor Glied, Stückweiſe, *Il.* Ω. 409.

Ὡπλίσσατο δόρπον, ſibi ipſe paravit in cœnam. πύματον (αὐτὸν) ὡπλίσσατο (εἰς) δόρπον, ultimum eum virum paravit Cyclops ſibi in cœnam, *Od.* Β. 20.

v. 292.

Ἤσθιε δ', ὥςε λέων, Vorabat autem, ut leo. *ſc.* Polyphemus homines.

Λέων ὀρεσίτροφος, *Od.* Ζ. 130.

Οὐδ' ἀπέλειπεν Ἔγκατά τε, σάρκας τε, καὶ ὀςέα, neque reliqua faciebat Viſceraque, carnesque, & oſſa. er ließe nichts übrig.

v. 293.

Ἔγκατα, *Il.* Λ. 176.

Μυελόεις, όεσσα, όεν, medullæ plenus. ὀςέα μυελόεντα, oſſa, quibus medulla inerat, Marks-Knochen.

v. 288 — 293.

Mira omnemque fidem ſuperantia videbuntur, quæ Homerus de *Polyphemo*, Cyclopum omnium teterrimo, habet, ad cujus antrum malo fato devenit Ulyſſes; ſex enim ex ejus ſociis crudeliſſime voravit. Sed ut primum hoc, quod videtur abſurdum atque aſperum, complanemus, notandum eſt, nequaquam eſſe fabuloſos Græce dictos *anthropophagos*, videlicet barbaros quoſdam, qui humanis

humanis carnibus veſcuntur. Sunt aliqui, qui morem hunc non longe a mundi eluvione cœptum tradunt, ajuntque, gigantes jam tum humanis carnibus paſtos eſſe, terramque Chanaan habitatam fuiſſe a gigantibus, qui haberent in deliciis, humanis cadaveribus veſci. Scythas & Sauromatas carnes humanas comedere ſolitos, vulgatius eſt, quam ut narrari oporteat. *Livius* perhibet, conſueviſſe Hannibalem in cibum præbere humanas carnes ſuis militibus, ut faceret ferociores. Pars Auſtralis Africæ incolitur plerumque ab iſtis anthropophagis. *Veſpuccius* narrat, ſe vidiſſe nudos homines fœminasque nullo horrore humanas carnes comedere, adeo ut filius voraret corpus ſui patris; ſibique glorioſum quiſque duceret, ſi majorem hominum numerum devoraſſet. Caribes & Cannibales, populi Americæ, hac ferocitate alios etiam ſuperaſſe feruntur. Anne igitur ſit abſurdum, ſi monſtrum tam immane atque horribile, quale deſcribit Homerus, ſex e ſociis Ulyſſis comederit?

Huic Polyphemo voracitate atque ingluvie aliquatenus ſimilem Herodorum quendam Megarenſem tubicinem, quem memorat *Julius Pollux*, non incongrue fortaſſe dixerim. Is duabus ſimul maximis tubis inflatis horrendum adeo edebat clangorem, ut juxta eum conſiſtere nemo poſſet. nec mirum; ſtatura enim fuit procera, quatuor nempe cubitorum, & corpore robuſtiſſimo; adeo ut ſenos panis chœnices in dies ſingulos, carnis viginti pondo eſitaverit; vini congios binos ebiberit; & Herculis inſtar leonina pelle amiciebatur, ſuper urſinam cubabat. Notabile *porro* eſt, quod de ipſo non *Pollux* modo, ſed *Athenæus* narrat: Demetrium illum, qui ab expugnandis urbibus Poliorcetæ cognomen invenit, cum Argos oppugnaret, ingentemque quandam machinam, quam a ſe inventam Helepolin vocitavit, mœnibus admovere, quamquam maximo conatu militum, non poſſet, Herodorum hunc acciviſſe, qui continuo duabus illis ſuis giganteis arreptis tubis, cum eas uno ſpiritu animaſſet, tantum vigoris atque alacritatis urgentibus machinam inſpiraſſe, ut, quo volebant, eam propulerint. *Jo. Baptiſtæ Donii* Tract. *de præſtantia veteris Muſicæ.* RICC. *Diſſ. Hom. Tom. III. p.* 81. *ſqq.* V. 294.

v. 294.

Ἡμεῖς δὲ κλαίοντες ἀνεχέθομεν Διὶ χεῖρας, Nos vero flentes tollebamus ad Jovem manus: in luctu magno, opem ejus implorantes. Vide ad *Od.* E. 320.

v. 295.

Σχέτλια ἔργ' ὁρόωντες, Tam dura & atrocia facta videntes, Cyclopis.

Ἀμηχανία, ας, ἡ, hæſitatio, quando conſilium nullum reperitur, difficultas magna, wann man nicht weiſſt, was man machen ſoll, oder wie man es machen ſoll, bey oder wieder etwas. ab ἀμήχανος, ου, ὁ, ἡ, qui conſilium agendi nullum novit *aut* invenit, *vel* ob difficultatem rei, *vel* ob animi debilitatem. *Il.* Θ. 130. Λ. 310. Κ. 167. Ν. 726 Ο. 14.

Ἀμηχανίη δ' ἔχε θυμόν, defectus conſilii tenebat animum, in antro Cyclopis incluſorum.

v. 296.

Ἐπεὶ Κύκλωψ μεγάλην ἐμπλήσατο (*pro* ἐνεπλήσατο) νηδύν, poſtquam Cyclops implevit cibo & potu magnam alvum, quæ erat πολυχανδής.

Νηδύς, *Il.* Ν. 290.

Ἐμπλήσατο νηδύν] Notandus hic primigenius Vocis *Mediæ* uſus. Ἔμπλησεν, *alius*; Ἐμπλήσατο, *ſuum implevit ventrem.* Sic ſupra *v.* 291. ὡπλίσσατο, *Sibi ipſe paravit.* Et infra *v.* 298. τανυσσάμενος, *Quum ſe ipſe extenderat.* Vide ſupra ad *Od.* Ε. 491. CLARK.

v. 297.

Ἀνδρόμεα κρέ' (κρέα) ἔδων, Humanas carnes edens, Menſchen-Fleiſch eſſend. ἵετο δῦναι ὅμιλον ἀνδρόμεον, nitebatur irrumpere in aciem confertam virorum, er ſuchte in die geſchloſſnen Glieder einzubrechen, *Il.* Λ. 538. χροὸς ἀνδρομέοιο, a corpore humano, *Il.* Ρ. 571. ſic & Υ. 100. χροὸς διελθέμεν, *pro* διελθεῖν, transfixiſſe corpus virile: ubi de haſta ſermo.

Ἄκρητον γάλα, egregium lac. ἄκρητοι σπονδαὶ, libationes vino generoſo & puro Diis factæ, *Il.* Β. 341. ἄκρητον θεῖον ποτὸν, vocat Homerus vinum, *Od.* Β. 341.

Ἐπιπίνω, inſuper & poſt bibo, ich trinke drauf.

Καὶ ἐπ' ἄκρητον γάλα πίνων, & poſt purum lac bibens.

v. 298.

v. 298.

Κεῖτ' ἔντοσθ' ἄντροιο τανυσσάμενος διὰ μήλων, Jacebat intra antrum extenſus inter pecora: ut longitudo corporis ejus jacentis ſignificetur.

v. 299.

Τὸν μὲν ἐγὼ βούλευσα — Οὐτάμεναι, Hunc quidem ego volueram — configere.

v. 300.

Ἆσσον ἰὼν, Aggrediens eum.

Ξίφος ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ, gladium acutum ſtringens e vagina, qui mihi erat ad femur.

v. 301.

Οὐτάμεναι, Transverberare, Vulnerare. *Attica paragoge.* pro οὐτᾶν. ita *Il.* Φ. 397.

Πρὸς στῆθος, ὅθι φρένες ἧπαρ ἔχουσιν, in pectus, ubi diaphragma hepar contegit: & id vulnus eſt mors præſentiſſima.

Ἧπαρ, *Il.* Λ. 578.

v. 302.

Χεῖρ' ἐπιμασσάμενος, Manu violenta attingens eum, & quaſi curans: nam ſermo eſt de Ulyſſe, deliberante ſecum, an occideret dormientem Cyclopem. ἕλκος δὲ ἰητὴρ ἐπιμάσσεται, vulnus attinget & curabit medicus, *Il.* Δ. 190.

Ἕτερος δέ με θυμὸς ἔρυκεν, alius autem animus, *i. e.* alia cogitatio me vellebat, & retrahebat ab hoc conſilio.

v. 303.

Αὐτοῦ γάρ κε καὶ ἄμμες ἀπωλόμεθ' αἰπὺν ὄλεθρον, Ibi enim tamen etiam periiſſemus, wir hätten doch auch da umkommen müſſen.

v. 304.

Δυνάμεσθα, potuiſſemus.

Θυράων ὑψηλάων, ab oſtio alto.

v. 305.

Χερσὶν ἀπώσασθαι λίθον, Manibus removere lapidem.

Λίθον ὄβριμον, ὃν προσέθηκεν, ſaxum grave, quod admoverat.] Supra *v.* 240.

v. 310.

Πονησάμενος τὰ ἃ ἔργα, laborans labores ſuos domeſticos. ita ſupra *v.* 250.

v. 311.

v. 311.

Σὺν δ' ὅγε δ' αὖτε δύω μάρψας ὡπλίσσατο δεῖπνον. ſupra v. 289. & 291.

v. 312.

Ἄντρου ἐξήλασε πίονα μῆλα, ex antro expulit pinguia pecora.

v. 313.

Ῥηϊδίως ἀφελὼν θυρεὸν μέγαν, Facile removens januam magnam. θυρεὸς, ſupra v. 240.

v. 314.

Ἄψ ἐπέθηχ', *pro* ἐπέθηκε.

Ὡς εἴτε φαρέτρῃ πῶμ' ἐπιθείη, tam nullo negotio, ac ſi pharetræ operculum imponeret.

v. 315.

Πολλῇ δὲ ῥοίζῳ πρὸς ὄρος τρέπε πίονα μῆλα Κύκλωψ, Multo autem ſtrepitu ad montem egit pingues pecudes Cyclops. ῥοῖζος hîc de ſono paſtoris, oves exigentis. ὀϊστῶν τε ῥοῖζον, καὶ δοῦπον ἀκόντων, ſtridorem ſagittarum volantium, & gravem ſonum accidentium jaculorum, *Il.* Π. 361.

v. 316.

Ἐγὼ λιπόμην, ego relinquebar, ich wurde zurück und da gelaſſen.

Κακὰ βυσσοδομεύων, inquit Ulyſſes in antro Polyphemi. Vide ad *Od.* Θ. 273.

v. 317.

Εἴπως τισαίμην, Si qua ratione punire eum queam.

Δώῃ δέ μοι εὖχος Ἀθήνη, detque mihi gloriam Pallas: de Ulyſſe, Cyclopem ulturo.

v. 318.

Ἥδε δέ μοι κατὰ θυμὸν ἀρίστη φαίνετο βουλή.

Quæritur, cur monſtrum illud excæcaverit Ulyſſes, cum potius necare poſſet? *Joannes* quidem *Spondanus* oculum Cyclopi eruendi conſilium probat, putatque, Ulyſſem gravius ultum eſſe excidium ſex ſociorum, Polyphemum excœcando, quam ſi illum interficeret. Illo ſiquidem pacto acerba illi vita eſt reddita, lucis aſpectu privato, ita ut innumeras mortes in una vita pateretur. Sane (*inquit*) hanc conſilii Ulyſſei cauſam eſſe auſim contendere, licet ab ipſo Poëta non exprimatur. At ego

hujus

hujus Interpretis pace huic opinioni non ſubſcribo; nam ſolertius in Ulyſſe Cyclopem excœcante conſilium animadverto, ipſumque Poëtam diſerte tale conſilium explicaſſe affirmo. Cum enim Polyphemus ſaxum tam immenſæ molis oſtio ſpeluncæ admoverit, ut non illud repagulum (inquit Vates) duo & viginti validi currus quaternis rotis inſtructi a ſolo dimovere poſſent, ſi illum interfeciſſet Ulyſſes, concluſus cum ſociis nulla egreſſus ſpe illic remanſiſſet, ſævaque morte periiſſet. Oportebat igitur exſpectare, ſi forte cæcatum monſtrum repelleret ab oſtio petram, ut ipſe cum ſociis aliqua techna, quam vaferrime commentus eſt, ut *mox* videbimus, incolumis egrederetur, & ſævitiam monſtri eluderet, reliquos ſocios, ipſumque poſtremo Ulyſſem (ſicuti minatus erat) devorare parantis. Itaque miror, *Spondanum* hoc non obſervaſſe; nam Poëta ipſe adnotat. Callide ergo admodum excæcavit Polyphemum Ulyſſes. RICC. *Diſſ. Hom. Tom. III. p.* 84. *ſqq.*

v. 319.

Κύκλωπος γάρ ἔκειτο] Γάρ hic non eſt *enim*, ſed *ſcilicet*, particula enarrare, explicare incipientis. ERN.

Μέγα ῥόπαλον, ingens clava. ῥόπαλον, *Il.* Λ. 558.

Παρὰ σηκῷ, ad ſtabulum.

v. 320.

Ῥόπαλον χλωρὸν, clava non arida: cui opponitur τὸ ἀυανθὲν, *v. ſeq.* χλωρὸν δέος, pallidus pavor, *Il.* Η. 479. μέλι χλωρὸν, recens mel, cujus etiam color eſt ſubpallidus, *Il.* Λ. 630.

Ἐλαΐνεος, έα, εον, *Jon.* pro ἐλαΐνειος, ex olea *vel* oleaſtro factus. ῥόπαλον ἐλαΐνεον. ab ἐλαία, ας, ἡ, olea.

Τὸ μὲν ἔκταμεν, hanc quidem exciderat ſibi, er hatte ſich die Keule abgehauen. Alii, accuratius fortaſſe, legunt ἔκσπασε, extraxerat e terra: nam erat truncus integer arboris.

Ὄφρα φορέοι, ut portaret illam loco ſcipionis, daß er ſie als einen Stock tragen wollte: & eſt Attica forma optativi, pro φορέοι.

v. 321.

v. 321.

Ἀυαίνω, ſicco, maxime aëre. ῥόπαλον ἀυανθὲν, arefacta & aëre ſiccata clava. ab ἄυω, *idem*.

Τὸ μὲν ἄμμες (*pro* ἡμεῖς) ἐίσκομεν εἰσορόωντες Ὅσσον θ' ἱςὸν νηὸς, hoc ſimile exiſtimabamus adſpicientes, Quantus eſt malus navis.

v. 322.

Ἐεικόσορος, ου, ὁ, ἡ, viginti remis inſtructa navis. *pro* εἰκόσορος. ab εἴκοσι, viginti. Eſt ergo ναῦς, εἴκοσιν ἐπίρους ἔχουσα ἐρέσσοντας, von zwanzig Rudern. νηὸς ἐεικοσόροιο, *i. e.* magnæ.

v. 323.

Φορτίδος, ἐυρείης, *ſc.* νηὸς, *Od.* Ε. 250.

Νηὸς Φορτίδος, ἥτ' ἐκπεράᾳ μέγα λαῖτμα, navis onerariæ, quæ tranſit magnum mare: in opp. ad navigium minus. Vide ad *Od.* Θ. 561.

v. 324.

Μῆκος, εος, τὸ, longitudo.

Πάχος, εος, τὸ, ſpiſſitudo, craſſities.

v. 325.

Τοῦ μὲν (ῥοπάλου) ὅσον τ' ὄργυιαν ἐγὼν ἀπέκοψα παρασὰς, Ab ea (clava) ferme *ſeu* circiter ulnam (ein Klafter ohngefehr) ego abſcidi adſtans. ὀργυιὰ, *Il.* Ψ. 327.

v. 326.

Καὶ παρέθηχ' ἑτάροισιν, *pro* παρέθηκα, Et appoſui meis ſociis, ut id præparent.

Ἀποξῦναι δ' ἐκέλευσα, & mandavi, ut polirent eum ſtipitem, quo oculum Cyclopi effoſſuri eramus. ἀποξύνεσιν ἐρετμὰ, *Od.* Ζ. 269.

v. 327.

Ὁμαλὸς, ἡ, ὸν, planus, æquus, eben, glatt.

Οἱ δ' ὁμαλὸν ποίησαν, Ii vero lævem fecerunt. ſermo eſt de vecti, informi adhuc; quem ſocii Ulyſſis cortice & aliis aſperitatibus liberarunt, *coll.* 326. ut idem ſit, quod ἀπώξυναν.

Θοόω, acuo ſuperne. ἐγὼ δ' ἐθόωσα — Ἄκρον, ego autem acutam feci Supremam partem, ἀπώξυνα. Hinc, vides, quod θοὸς quoque notet, acutus.

v. 328.

v. 328.

Πυρακτῶ, ab ἄγω & πῦρ, in igne verſo, ita ut aduatur, non comburatur. ἐπυράκτεον ἐν πυρὶ κηλέῳ, ad ardentem ignem illud verſabam, & candefaciebam. *vel* torrebam circumverſando ad ignem luculentum.

v. 329.

Καλακρύψας ὑπὸ κόπρῳ, occultans id ſub fimo *ſeu* ſtercore.

v. 330.

Μεγάλ' ἤλιθα πολλὴ κόπρος, admodum multum ſtercus. φύλλων χύσις ἤλιθα πολλὴ, *Od.* E. 483.

v. 331.

Αὐτὰρ τὺς ἄλλυς κλήρῳ πεπαλάχθαι, *i. e.* κληρῶσαι, κληρώσασθαι, κλήρῳ λαχεῖν, ἄνωγον, At ceteros ſortis ſigno ſortiri jubebam: & hîc ſors cecidit feliciſſime, ut & fortiſſimi eligerentur, & facta ſortitione nemo ex iisdem a Cyclope corriperetur, *coll.* 334. *ſq.* ad verbum eſt: alios jubebam concuti ſorte: nam cum ſors cujusque concutiebatur in vaſe, idem erat, ac ſi ipſe in eo concuteretur. κλήρῳ νῦν πεπάλαχθε διαμπερὲς, ὅσ κε λάχῃ, ſorte nunc ſortimini ordine omnes, qui deſtinetur ſorte, *Il.* H. 171.

v. 332.

Ὅςις τολμήσειεν ἐμοὶ σὺν —, Quinam audacter mecum ſuſcipere velit —.

Μοχλὸν Homerus hîc vocat illud τμῆμα τῦ ῥοπάλυ ὀργυιαῖον, partem deſectam longæ clavæ, qua oculum Cyclopi extrivit. Vide ad *Od.* E. 261.

v. 333.

Τρίψαι ἐν ὀφθαλμῷ (*pro* ἐντρίψαι) μοχλὸν, vectem torquendo intundere in oculum Cyclopis.

v. 334

Οἱ δ' ἔλαχον, hi autem ſorte deſignabantur, & accipiebant id faciendum.

v. 335

Ἐγὼ πέμπτος μετὰ τοῖσιν ἐλέγμην, *pro* ἐλεγόμην, ego quintus cum his ſeligebar per ſortem. vel &, ipſe annumerabam me ſponte iis per ſortem electis.

v. 336.

Ἑσπέριος δ' ἦλθεν, am Abend kam er.

Καλλίτριχα μῆλα, de ovibus & capris.

Νομεύω, ſupra *v.* 217.

v. 339.

Ἤ τι ὀϊσσάμενος, Aut præſagiens aliquid, daß ihm entweder was anete. Vide ſupra ad *v.* 213.

Ἢ καὶ θεὸς ὣς ἐκέλευεν, aut & Deus ſic juſſit eum facere, *ſc.* ut aliter faceret, ac heri.

v. 343.

Πονησάμενος τὰ ἃ ἔργα, *v.* 310.

v. 344.

Σὺν δ' ὅγε δ' αὖτε δύω μάρψας ὡπλίσσατο δόρπον, ita ſupra *v.* 289. *ſqq.* & 311. nam ſex homines, cœnis duabus, uno jentaculo, abſumſit Cyclops.

v. 346.

Κισσύβιον, ου, τὸ, eſt ποιμενικὸν ποτήριον ἐκ κισσίνου ξύλου factum, poculum ex hedera factum: qualia paſtores & plebeji habere ſolebant. Eſt ergo a κισσὸς, οῦ, ὁ, & ἡ, hedera, Epheu. & hæc herba Διονύσῳ ἀνάκειται, Baccho eſt ſacra.

Κισσύβιον μετὰ χερσὶν ἔχων μέλανος οἴνοιο, Poculum rubri vini in manu habens: & id poculum, ſi Polyphemum cogites, valde capax; hinc & ab inſueto ſibi vino tam cito fit ebrius, cum ter id ebibiſſet.

v. 347.

Τῆ, πίε οἶνον, accipe, bibe vinum. Vide ad *Od.* Θ. 477.

v. 348.

Ὄφρ' εἰδῇς, οἷον τι ποτὸν τόδε νηῦς ἐκεκεύθει Ἡμετέρη, Ut cognoſcas, qualem potum iſtum navis noſtra continuerit. hîc vides, pluſq. perf. Med. & notionem περιοχῆς τῶν ἐντός.

v. 349.

Σοὶ δ' αὖ λοιβὴν φέρον, inquit Ulyſſes adulatorie Polyphemo, quaſi Numini: tibi autem ferebam id quaſi libationem. λοιβὴ, *Il.* Δ. 49.

v. 350.

Σὺ δὲ μαίνεαι οὐκ ἔτ' ἀνεκτῶς, tu autem inſanis ſic, ut ferri amplius non poſſit. Ἕκτωρ μαίνεται οὐκ ἔτ' ἀνεκτῶς,

Hector

Hector furit jam ſic, ut ſuſtineri non poſſit, ut reſiſti ei non poſſit, *Il.* Θ. 355.

v. 351.

Σχέτλιε, Dure. Ulyſſes ſic alloquitur Polyphemum, poſtquam vorarat ſocios Ulyſſis; voce non contumelioſa, ſed duritiem animi & facinus ingens notante.

Πῶς κέν τίς σε καὶ ὕστερον ἄλλος ἵκοιτο Ἀνθρώπων πολέων; quomodo tandem aliquis & in poſterum venire velit ad te Ex hominibus multis?

v. 352.

Ἐπεὶ οὐ κατὰ μοῖραν ἔρεξας, quoniam non egiſti, uti decet.

v. 353.

Ὁ δ' ἔδεκτο καὶ ἔκπιεν, is autem capiebat poculum & ebibebat. ἀλλ' ὅγε δέκτο μὲν ἱρά, accipiebat quidem ſacrificium ſibi oblatum, *Il.* B. 420. Θέμιστι δὲ δέκτο δέπας, accipiebat in manum ſuam poculum a Themide porrigente, *Il.* O. 87.

Ἥσατο δ' αἰνῶς Ἡδὺ ποτὸν πίνων, & delectabat ſe eximie Jucundum potum bibens.

v. 354.

Καί μ' ᾔτεε δεύτερον αὖτις, & popoſcit me altera vice, *ſc.* poculum vini.

v. 355.

Δός μοι ἔτι πρόφρων, Da mihi iterum benigne: inquit Cyclops, vinum porro rogans.

v. 358.

Οἶνον ἐριστάφυλον, κ. τ. λ. ſupra *v.* 111.

v. 359.

Τόδ' ἀμβροσίης καὶ νέκταρός ἐστιν ἀποῤῥώξ, hoc ambroſiæ & nectaris eſt pars: de vino ſuaviſſimo. Στυγὸς ὕδατός ἐστιν ἀποῤῥώξ, *i. e.* ἀπόῤῥοια, ein Ausfluß, ein Arm davon, *Il.* B. 755.

v. 361.

Τρὶς δ' ἔκπιεν ἀφραδίῃσιν, ter autem ebibebat poculum illud ex ignoratione, quam forte eſſet vinum, & ex imprudentia. ἀφραδίαι πολέμοιο, imperitia pugnandi, *Il.* B. 368. παρέδραμεν ἀφραδίῃσιν, *Il.* K. 350. ποιμένος ἀφραδίῃσι, ex negligentia paſtoris, *Il.* Π. 354.

v. 362.

Ἐπεὶ Κύκλωπα περὶ φρένας ἤλυθεν οἶνος, *pro* περιήλυθεν, poſtquam vinum occupavit pectus Cyclopis, *i. e.* ἐμεθύσθη, ebrius factus eſt. nam biberat revera ἐξήκοντα κισσύβια tam capacia vini meri, ſiquidem unum aliâs, ſi innoxium eſſe deberet, miſcendum erat viginti partibus aquæ; is autem ter ebiberat id κισσύβιον ingens.

v. 365.

Ὥς περ ὑπέστης, ut pollicitus es.

v. 366. 367.

Οὖτις ἔμοι γ' ὄνομ' ἐστ'. Οὖτιν δέ με κικλήσκουσι
Μήτηρ, ἠδέ πατὴρ, ἠδ' ἄλλοι πάντες ἑταῖροι.

Cum Ulyſſem rogaſſet Cyclops, quo ille nomine appellaretur, reſpondit, ſe vocari Οὖτιν, *Neminem;* & hoc ludo ſaluti ſuæ callide proſpexit. Nam excæcatus Polyphemus ceteros advocabat Cyclopas in eodem monte degentes, ut ad ferendam ſibi opem accurrerent. At illi interrogabant: quis te læſit? Οὖτις, *Nemo;* reſpondebat ille. Quare putantes, eum deſipere, dereliquerunt. Lepidum plane factum, ingenioſum, ridiculum. Juſtene vero accuſarunt nonnulli Homerum, quaſi hoc ridiculo commento epicam majeſtatem fregerit? Nequaquam. Illud ſiquidem & unicum fuit effugium, quo ſervaretur Ulyſſes; & vaferrimum ejus ingenium, quod ubique depingit Vates, mirum in modum exhibet. Si quid igitur ridiculi ſeriis interdum aſpergat Poëta cum grano ſalis, tempeſtive, bonaque cum cauſſa, nullam habet in eo culpam. Teſte enim *Horatio*, (*Sat. X. Lib. I.*)

— — — — *ridiculum acri*
Fortius, & melius magnas plerumque ſecat res.

RICC. *Tom. III. p.* 88. 89.

v. 369.

Οὖτιν ἐγὼ πύματον ἔδομαι, illum ego poſtremum comedam, abſumtis aliis omnibus: quod beneficium erat morte ipſa crudelius; ſimul & ignominioſum Heroi, quaſi is paucorum dierum vitam in tali exſpectatione magni faceret. Sed, quid aliud dare poſſet Cyclops? Sic, πύματον ὡπλίσσατο δόρπον, illum hominem ultimum inter reliquos ante abſumtos paravit ſibi in cœnam, *Od.* Β 20.

v. 370.

v. 370.

Τόδε τοι ξεινήϊον ἔςαι, hoc tibi hoſpitale munus erit,] Hinc apud *Eraſmum* proverbium, *Cyclopis Donum.* CLARK.

v. 371.

Ἀνακλινθεὶς πέσεν ὕπλιος, de Cyclope ebrio, ad ſomnum ſe in tergum reponente; & eſt pro πεσὼν ἀνεκλίνθη, cadens reclinabatur. εὗδεν ανακλινθεῖσα, dormivit recumbens in lecto, *Od.* Δ. 794.

Ὕπτιος, *Il.* Δ. 108.

v. 372.

Ἀποδοχμόω, in transverſum extendo. ex ἀπὸ & δοχμόω, curvo, inflecto, obliquo.

Κεῖτ' ἀποδοχμώσας παχὺν αὐχένα, inflectens, πλαγιάσας: ſic ut caput jaceret demiſſius corpore.

v. 373.

Πανδαμάτωρ, *ſomni* Epith. *Il.* Ω. 5.

Φάρυξ, γος, ἡ, guttur. id deinde, inſerto ν, lenius dicitur φάρυγξ.

Φάρυγος δ' ἐξέσσυτο οἶνος, e gutture vero extrudebatur vinum, der Wein ſtürzete ihm aus dem Rachen. ἐκ δὲ φυλακτῆρες σὺν τεύχεσιν ἐσσεύοντο, *pro* ἐξεσεύοντο, vigiles properabant e caſtris in ſtationem, *Il.* I. 80. ἐκ δ' ἔσσυτο λαὸς, *pro* ἐξεσύετο, rückete eilig aus, *Il.* B. 809. πυλέων Ἕκτωρ ἐξέσσυτο, exibat propere e porta, *Il.* H. I.

v. 374.

Ψωμὸς, ῦ, ὁ, fruſtum, ein Stück, ein Biſſen, cibus comminutus. ψωμοὶ ἀνδρόμεοι, fruſta carnis humanæ comeſtæ a Cyclope, τὰ λεπτὰ κόμματα τῶν κρεῶν. a ψάω, comminuo. proprie magis dicitur ψωμὸς ἄρτε, fruſtum panis, ein Biſſen Brodt.

Οἰνοβαρέω, ſum gravis vino. *item* ſum aliis gravis ex nimio vino.

Ὁ δ' ἐρεύγετο οἰνοβαρείων, *pro* οἰνοβαρέων, ipſe autem eructabat gravatus vino, & evomebat cum terribili ſono.

v. 375.

Μοχλὸς, ſupra *v.* 332.

Σποδὸς, ῦ, ἡ, cinis.

Ὑπελάω & αὐνω, ſubdo, ſubjicio. τὸν μοχλὸν ὑπὸ σποδῦ ἤλασα, *pro* ὑπήλασα, vectem ſub cinerem ardentem ſubdidi, ὑποκάτω τῆς σποδῦ ἔτεινα.

v. 376.

Ἕιως θερμαίνοιτο, Donec calefieret, daß er heiß wurde, & quidem in magno gradu. *coll.* 379. ἑισόκε λοετρὰ θερμήνῃ, donec lavacra calefaceret, *Il.* Ξ. 7.

v. 377.

Θάρσυνον, *pro* ἐθάρσυνον, Confirmabam. θαρσύνω, *Od.* Γ. 361.

Μή τις μοι ὑποδδείσας ἀναδύῃ, ne quis ſubveritus refugeret, reciperet ſe inde: ne quis præ metu ſe ſubduceret mihi.

v. 378.

Μοχλὸς – ἐν πυρὶ μέλλεν Ἅψεσθαι, vectis in igne arſurus erat, wollte Feuer faſſen und anbrennen: ut ἅπτεσθαι & notet, accendi, ſich entzünden, φλόγωσιν.

v. 379.

Χλωρὸς μοχλὸς, vectis non aridus. ῥόπαλον χλωρὸν, ſupra v. 320.

Διεφαίνετο δ' αἰνῶς, dilucebatque valde: de vecte, cujus inferior pars adurebatur igne; cum is igitur jam arderet lucide, & flamma deinde reſtincta, διαφάνειαν ἐιχε τὴν ως ἐξ ἀνθρακώσεως. ἐν καθαρῷ, ὅθι δὴ νεκύων διεφαίνετο χῶρος, in puro loco, ubi fere per corporum ſtragem apparebat ſpatium. wo zwiſchen den Todten ſich ein reiner Platz zeigete, *Il.* Θ. 491.

v. 380.

Ἄσσον φέρον, afferebem, ich brachte herbey.

v. 381.

Θάρσος ἐνέπνευσεν μέγα Δαίμων, Deus inſpiravit nobis magnam conſtantiam animi.

v. 382.

Μοχλὸν, ὀξὺν ἐπ' ἄκρῳ, vectem, acutum in una extremitate.

v. 383.

Ἐνερείδω, infigo.

Ἐγω δ' ἐφύπερθεν ἀερθεὶς Δίνεον, ego autem ſuperne attollens me & incumbens Circumagebam. *vel*, ego autem deſuper

deſuper erigens me, ſuſpendens me in digitos pedum & imminens Verſabam. ἐφύπερθε, *Od.* Δ. 298. ἀερθείς, *Od.* Θ. 375.

v. 384.

Δίνεον, *pro* ἐδίνεον. Vide ſupra ad *v.* 153.

Ὡς δ' ὅτε τις τρυπῷ (*pro* τρυπάοι, optat. per contractionem) δόρυ νήϊον ἀνὴρ Τρυπάνῳ, quaſi ſi quis terebret trabem navalem terebra,] On ne ſauroit former une image plus vive ni plus naïve pour repreſenter l'action d'Ulyſſe & de ſes Compagnons qui crevent l'œil du Cyclope, que celle qu'en donne Homere par cette comparaiſon. On ne lit pas la choſe, on la voit. DAC. Vide etiam Hrn. Breitingers Abhandl. von Gleichn. *p.* 21. & 28.

Τρυπάω, terebro, ich bore.

Δόρυ νήϊον, *Il.* Γ. 62. N. 391. O. 410.

v. 385.

Τρύπανον, ου, τὸ, terebra, ein Borer.

Οἱ δέ τ' ἔνερθεν ὑποσσείουσιν ἱμάντι, alii autem infra torquent loro & circumagunt. ἔνερθε, *Il.* Θ. 16.

v. 386.

Ἁψάμενοι ἑκάτερθε, da ſie von beyden Enden anfaſſen, attingentes utrinque, apprehendentes ab utroque latere.

Τὸ δὲ (τρύπανον) τρέχει ἐμμενὲς αἰὲν, terebra circumtorquet ſe aſſidue. ἐμμενὲς, *Il.* K. 361. N. 517.

v. 387.

Πυριήκης, εος, ὁ, ἡ, cujus cuſpis eſt ignita. πυριήκεα μοχλὸν, quaſi πυρὶ ἠκονημένον, πυρίνην ἔχοντα ἀκὴν, ut ſanguis effoſſi oculi eodem tempore cohiberetur, & vulnus a putredine conſervaretur.

v. 388.

Τὸν δὲ (μοχλὸν) αἷμα περίῤῥεε θερμὸν ἐόντα, hunc autem ſanguis circumfluebat calidum: & hoc fiebat, cum ignitus vectis nondum ſatis alte penetraverat, nec jam fervore ſuo occluſerat vaſa ſanguinea.

v. 389.

Ἀμφεύω, circa aduro, ich verſenge rund umher. ex ἀμφὶ & εὔω, amburo, aduro, uſtulo, ich ſenge am Feuer.

Πάντα δέ οἱ βλέφαρ' ἀμφὶ καὶ ὀφρύας εὗσεν ἀϋτμὴ, Omnes vero ei palpebras & ſupercilia adurebat ardor igni-

ti vectis, die Hitze des glüenden Pfals verſengete ganz —.

Ἀϋτμή, *Il.* I. 605. Φ. 366.

V. 390.

Γλήνης καιομένης, Cum pupilla oculi exureretur. ἔῤῥε, κακὴ γλήνη, abi, timida puella: inquit Hector ad Diomedem; ut γυναῖκα παρθενικὴν, ſplendentem quidem, ſed infirmam notet, *Il.* Θ. 164. ἐκ δ' ὦσε, *pro* ἐξῶσε γλήνην, excuſſit ei pupillam, *Il.* Ξ. 494. ubi vulnus letale deſcribitur, cum haſta per oculum tranſiret in caput.

Σφαραγέω, ſonum edo, qualem inflata veſica, ſi comprimitur, per foramen anguſtum edit. *item* ſum extentus & inflatus. inflo & extendo valde cavitatem aliquam mollem. σφαραγεῦντο (*Jon.* pro ἐσφαραγοῦντο δὲ ῥίζαι (ὀφθαλμοῦ) πυρί, & radices oculi ſtridebant ab igne, cum Polyphemo (nam οἱ eſt αὐτῷ) exureretur oculus.

Ῥίζαι, *Metaphorice* ſic vocatur interior pars oculi in capite, & muſculi, quibus oculus adhæret & regitur.

V. 391.

Ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ χαλκεὺς πέλεκυν] Cette comparaiſon n'eſt ni moins juſte, ni moins vraie que la précedente. Elle met ſi fort l'objet devant les yeux, qu'on ne le verroit pas mieux dans la nature qu'on le voit dans l'image. C'eſt en quoi Homere a excellé. Toutes ſes comparaiſons ſont des images de la nature, mais ſi vraies, qu'un miroir ne repréſente pas mieux les objets, que ſes comparaiſons repréſentent tout ce qu'elles peignent, & rien ne marque ſi bien l'étenduë & la juſteſſe de l'eſprit. DAC.

Ἀνὴρ χαλκεὺς, faber *aliquis*. Vide GEORGII *Vindic. N. T. ab Ebraiſm. p.* 35. *ſq.* nec non ad *Il.* E. 770.

Σκέπαρνον, *Od.* E. 237.

V. 392.

Εἰν ὕδατι ψυχρῷ βάπτει χαλκεὺς πέλεκυν —, In aquam frigidam immergit ſecurim —, ut firma fiat. præpoſitio hîc ad verbum pertinet, *pro* ἐμβάπτει, totam immergit.

Μεγάλα ἰάχοντα, valde ſonantem: de ferro candente. ἰάχοντες ἐπεσσύμεθα, cum clamore impetum faciebamus in eum, *Od.* Δ. 454.

v. 393

Φαρμάσσω, medicor ſic, ut firmem. in genere, medicamen admoveo alicui, in bono vel malo ſenſu. faber ſecurim intingit aquæ gelidæ, φαρμάσσων, firmans eam.

Τὸ γὰρ αὖτε σιδήρου τε κράτος ἐστίν, hoc enim eſt robur ferri, *ſc.* ſi candens ferrum a fabro intruditur in aquam frigidam, fit hinc ferrum ipſum validius, das giebt dem Eiſen die Kraft und Härte.] Sententia eſt: *nam hinc ferrum accipit duritiem.* Et ut melior aqua, ita magis duratur ferrum, & meliorem accipit colorem. ERN.

v. 394.

Σίζω, ſtrido, ich ziſche. Verbum fictum ex ipſo ſono, quando littera ſigna pronuntiatur, *vel* quando candens ferrum intingitur aquæ, *vel* quando adeps in igne eſt: ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸ λίπος γιγνομένου σπιλισμοῦ.

Ὣς τοῦ σίζε (*pro* ἐσίζε) ὀφθαλμὸς, de oculo Cyclopis exuſto candente ſtipite. *coll.* 391. *ſqq.*

v. 395.

Σμερδαλέον δὲ μέγ' ᾤμωξεν, Horrendum autem valde ejulavit. οἰμώζω, *Il.* Γ. 364.

Περιάχω, circum reſono. περὶ δ' ἴαχε πέτρη, circum vero reſonabat petra, *i. e.* ſaxea ſpelunca.

v. 396.

Ἡμεῖς δὲ δείσαντες ἀπεσσύμεθ', ſupra *v.* 236.

v. 397.

Ἐξέρυσ' ὀφθαλμοῖο μοχλὸν, Extraxit ex oculo vectem.

Μοχλὸν πεφυρμένον αἵματι πολλῷ, *i. e.* μεμιασμένον, μεμιγμένον, vectem inquinatum, commixtum ſanguine multo. δάκρυσιν εἵματα ἔφυρον, lacrimis humectabant veſtes ſuas, *Il.* Ω. 162.

v. 398.

Ἔῤῥιψεν ἀπὸ ἕο, projecit a ſe.

Ἀλύων, de Cyclope vulnerato per oculum: graviſſime dolens, & errante mente, præ dolore ſimul & ebrietate. ἡ δ' ἀλύουσα ἀπεβήσατο, de Venere vulnerata: valde mœſta animo, & vix compos ſui præ mœrore, *Il.* E, 352. ἐδίνευεν ἀλύων παρὰ θῖνα ἁλὸς, de Achille valde lugente, *i. e.* ἀδημονῶν, ἀπορῶν, *Il.* Ω. 12.

v. 399.

'Ο (*pro* αὐτὸς) Κύκλωπας μεγάλ' (*pro* μεγάλα, neutrum adverbialiter) ἤπυεν, ipſe Cyclopas magno clamore vocabat, appellando eos. De vento ſtridente graviter, *Il.* Ξ. 399. οὔτε ἄνεμος τόσον πρὸς δρυσὶν ὑψικόμοις ἤπύει, in quercubus.

Οἵ ῥά μιν ἀμφὶς ᾤκεον, qui circa eum Habitabant.

v. 400.

'Εν σπήεσσι, *pro* σπέεσσι.

Ἄκρις, ιος, ἡ, eſt *Jon.* eadem quæ ἡ ἄκρα, ſummitas montis, prominentia loci. in Poëta occurrit plurale, αἱ ἄκριες. δι' ἄκριας ἠνεμοέσσας, *i. e.* διὰ τὰ ἄκρα τῶν ὀρέων.

'Ηνεμόεις, *pro* ἀνεμόεις, ſolet eſſe Epith. *loci in alto ſiti.* *Od.* Γ. 172.

v. 401.

Βοῆς ἀΐοντες, clamorem audientes. ἢ οὐκ ἀΐεις; an non percipis & noviſti, ex fama & ſermone omnium, *Od.* Α. 298.

'Εφοίτων ἄλλοθεν ἄλλος, cum ſtudio accedebant eundo aliunde alius. ὄρνιθες πολλοὶ φοιτῶσι, multæ aves circumvolitant in aëre, *Od.* Β. 182.

v. 402.

Εἴροντο —, ὅ τι ἑ κήδοι, interrogabant, (alii Cyclopes Polyphemum,) — quidnam eum malo adficeret, was ihm ſchade. τί ἂν αὐτὸν βλάπτοι, *i. e.* βιάζοιτο.

v. 403.

Τίπτε τόσον — ἐβόησας,] Τίπτε τόσον referendum ad ἀρημένος, vertendumque non *cur*, ſed *quid tantum læſus, tantopere vociferatus es:* quid tibi mali tanti accidit, ut tantopere vociferarere. ERN.

Τίπτε (τί ποτε) τόσον, Πολύφημ', ἀρημένος ὧδ' ἐβόησας, circa quid tantopere læſus, ſic clamas? was ſchadet dir, daß du ſo ſchreyeſt? τί βεβλαμμένος. Vide ad *Od.* Ζ. 2.

v. 404.

Νύκτα δι' ἀμβροσίην, Vide ad *Od.* Η. 283.

'Αΰπνους ἄμμε (*pro* ἡμᾶς) τίθησθα, facis, ut dormire nequeamus. ἀΰπνους νύκτας, *Il.* Ι. 325.

v. 406.

Ἦ μή τίς σ' αὐτὸν κτείνῃ —, An *metuis*, ne quis te ipſum occidat —.

v. 410.

V. 410.

Ει μὲν δὴ μήτις σε βιάζεται, Si nemo tibi vim infert, & viribus ſuis te ſuperat. ἦ μάλα δή σε βιάζεται ὠκὺς Ἀχιλλεὺς, viribus ſuis premit & urget te, er ſetzet dir gewaltig zu, *Il.* Χ. 229. & in ſenſu Paſſivo, βιάζετο γαρ βελέεσσι, nimis urgebatur jaculis, cogebatur, *Il.* Ο. 727. Π. 102. ἐνόησε τὸν πυκινοῖσι βιαζόμενον βελέεσσι, denſis oppreſſum jaculis, *Il.* Λ. 575.

V. 411.

Νοῦσόν γ' οὔπως ἐστὶ Διὸς μεγάλου ἀλέασθαι,

Morbum a Jove magno immiſſum non licet evitare.]
Cette réponſe des Cyclopes fait voir qu'ils n'étoient pas tous ſi impies que Polypheme l'a dit, puiſqu'ils reconnoiſſent que les maladies viennent des Dieux, & qu'il faut leur en demander la gueriſon. Mais les impies croyent toujours que les autres ſont auſſi impies qu'eux. DAC. De *Jove* dicuntur *Morbi* omnes provenire; unde *Sophocles*, *Ajax*, 137. νόσος πληγὴ Διὸς vocatur. BARNES. Similiter *Sophocles*, notante *Duporto in Gnomologia* ad hunc locum: Νόσους δ' ἀνάγκη τὰς θεηλάτους φέρειν. CLARK.

Οὔπως ἐστὶ — ἀλέασθαι, nemo poteſt — declinando vitare. Vide ſupra ad *v.* 274.

V. 412.

Εὔχεο πατρὶ Ποσειδάωνι ἄνακτι, vove patri Neptuno regi.

V. 413.

Ἐμὸν δ' ἐγέλασσε φίλον κῆρ, *i. e.* ἔνδον ἐγέλασε, ich muſste in meinem Herzen lachen. cui opponitur ἐκγελᾶν, *i. e.* ἔξω καὶ ἐμφανῶς γελᾶν.

V. 414.

Ὡς ὄνομ' ἐξαπάτησεν ἐμὸν, Quod nomen meum decepit eum: cum Οὖτις me vocari dixiſſem. ἐκ γάρ δή με ἀπάτησεν, *Il.* Ι. 375. pro ἐξηπάτησεν.

Μῆτις ἀμύμων, conſilium nullo modo vituperandum, ſed nobile & laudandum.

V. 415.

Ὠδίνων ὀδύνῃσι, Κύκλωψ, notat hîc σφοδρὰν ὀδύνην, crucians ſe doloribus, *ſc.* corporis. ὠδίνουσαν γυναῖκα ἔχει βέλος ὀξὺ, parientem mulierem, *Il.* Λ. 269. *coll.* 271.

V. 416.

v. 416.

Ψηλαφάω, eſt proprie λέξις μυσικὴ, καὶ κυρίως ἐπὶ χορδῶν λέγεται, quando ſides attrectantur, ut ſit quaſi τὸ ψαλτήριον ἀφᾶν. Deinde de omni attrectatione manibus ponitur.

Χερσὶ ψηλαφόων. mit den Händen um ſich fühlend, cæcus Cyclops; ſicut & alii in tenebris euntes ſolent. Ut Muſicus ante explorat tactu ſides, quid ſonent: ſic hic tentans manibus, quid ſit hoc vel illud, ibat.

Ἀπὸ μὲν λίθον εἷλε θυράων, pro ἀφεῖλε.

v. 417.

Ἐνὶ θύρῃσι καθέζετο, χεῖρε πετάσσας, Cyclops, ne quis præterire per oſtium poſſet. χεῖρε πετάσσας, Od. Ε. 374.

v. 418.

Εἴ τινά που μετ᾽ ὄεσσι (per Sync. pro οἴεσσι, extruſo jota,) λάβοι στείχοντα θύραζε, Si quem fortaſſis inter oves comprehendere poſſet egredientem.

v. 419.

Οὕτω γάρ πού μ᾽ ἤλπετ᾽ ἐνὶ φρεσὶ νήπιον εἶναι, Adeo enim me animo ſtultum eſſe putabat. Conf. KYPKE Obſ. S. Tom. I. ad Matth. XI: 25.

v. 420.

Βούλευον, ὅπως ὄχ᾽ ἄριστα γένοιτο, deliberabam, ut quam optime fieret. — γένηται, Od. Γ. 129.

v. 421.

Εἴ τιν᾽ ἑταίροισιν θανάτου λύσιν, ἠδ᾽ ἐμοὶ αὐτῷ Εὑροίμην, Si poſſem aliquam a morte liberationem ſociis & mihi ipſi reperire, ne in vinculis mortis teneremur. καί κεν ἀνάβλησις λύσιος νεκροῖο γένηται, & ſane retardatio redemtionis mortui fiat, ἡ ἀπόδοσις τοῦ νεκροῦ ἡ διὰ λύτρων, Il. Ω. 655.

v. 422.

Πάντας δὲ δόλους καὶ (πᾶσαν) μῆτιν ὕφαινον, omnes vero dolos & (omne) conſilium pertentabam animo & ſtruebam.

v. 423.

Ὥστε περὶ ψυχῆς, Ut de vita, Utpote pro vita. Conf. GEORG. Vind. N. T. ab Ebr. p. 90. ſq.

Μέγα γὰρ κακὸν ἐγγύθεν ἦεν, ingens enim malum inſtabat, urgebat.

v. 424.

v. 424.

Ἦδε δέ μοι κατὰ θυμὸν ἀρίστη φαίνετο βουλή.

ita ſupra *v.* 318. At non potuit tantum monſtrum Ulyſſem ſociosque ſuperſtites quæritando per antrum inſectari, & vorando ulciſci? quomodo ab eo caverunt? Quia antrum erat immenſum, potuerunt taciti latitare, & ſubinde huc atque illuc fugitantes longe a Polyphemo fieri, quem videbant, quo ſe ferret. Tradit *Strabo*, adeo vaſtas eſſe in Syria ſpeluncas, ut quatuor hominum millia capere poſſent. Nonne David in una ex his abdere ſe potuit cum ſexcentis, ut 1. *Reg. XXIV* narratur, unaque omnes ita eodem ſpecu contegi, ut Saul, ad requiſita naturæ illuc ingreſſus, eos non animadvertit? Quid ni igitur ſimilis ſpelunca eſſe potuerit in Sicilia, vel ſaltem fuiſſe, *Homero* confingere licuerit? Ad cujus ſimilitudinem alteram Caci effinxit deinde *Virgilius*, Homeri perpetuus imitator. RICC. *Diſſ. Hom. Tom. III. p.* 86. 87.

v. 425.

Ἄρσενες ὄϊες, Mares oves.

Ἐυτρεφής, έος, ὁ, ἡ, bene auctus & nutritus, pinguis.

Δασύμαλλος, ου, ὁ, ἡ, denſo vellere obſitus. ex δασὺς, εῖα, ὺ, denſus: piloſus, hirſutus; & μαλλὸς, ȣ̃, ὁ, vellus, lana, Wolle. a mollitie ſic dictus, & quia eſt τῶν μήλων, ovium.

Ἄρσενες ὄϊες — ἐϋτρεφέες, δασύμαλλοι, verveces, arietes — pingues, denſo vellere.

v. 426.

Καλοί τε, μεγάλοι τε, Pulchrique, magnique.

Ἰοδνεφὲς εἶρος ἔχοντες, ὄϊες, oves, habentes vellus atrum, μέλαν. Sed, ἠλακάτη, ἰοδνεφὲς εἶρος ἔχουσα, colus, habens lanam purpuream, *Od.* Δ. 135.] ὃ ἐστι μέλαν, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις κεῖται. *Euſtath.* Sed *nigrum vellus* non ſane eſt in magna laude in ovibus. Ego intelligam, *candidum vellus*: nam ſunt & ἴα λευκά. ERN.

v. 427.

Συνέργω, συνεέργω, συνείργω, concludo, colligo, avi.

Τοὺς ἀκέων συνέεργον, Hos ſilentio colligabam in arctum, συνεδέσμουν.

Ἐϋστρεφέεσσι λύγοισι, bene ſe circumflectentibus viminibus.

&

& additur, quod talibus virgultis indormire ſolitus fuerit Cyclops, nimirum loco noſtrorum ſtraminum ſubſternens ea pellibus, quibus incubabat. ἐυςρεφέα νευρὴν ἐν τόξῳ, *Il.* Ο. 463. *coll.* 469.

Λυγοι, *Il.* Λ. 105. δίδη αὐτὺς μόσχοις λύγοις, ligabat & vinciebat eos mollibus viminibus.

V. 428.

Τῇς (*pro* ταῖς) ἔπι Κύκλωψ εὗδε, In quibus Cyclops cubare ſolebat.

Πέλωρ, ingens & mirandus. Vide ad *Il.* Σ. 410.

Ἀθεμίςια εἰδὼς, Κύκλωψ, nam reliqui Cyclopes, etſi nullo civili vinculo juncti invicem, erant tamen ἐυσεβεῖς, ſed hic unus ſimul erat ἄδικος. Vide ſupra ad *v.* 189.

V. 429.

Σύντρεις, forma eſt Attica, pro σὺν, adverbialiter, ſimul: & τρεῖς, drey zuſammen. ſic & σύνδυο, ξυνεείκοσι, &c.

Σύντρεις αἰνύμενος, Tres una jungens & copulans. drey zuſammennehmend. Vide ſupra ad *v.* 225.

Ὁ μεν (ἀρνειὸς) ἐν μέσῳ ἄνδρα φέρεσκεν, (*Jon.* pro ἔφερε,) medius virum portabat: cui (arieti) ad latera adjuncti erant duo alii arietes.

V. 430.

Τὼ δ' ἑτέρω ἑκάτερθεν ἴτην, Reliquæ autem duæ oves ad utrumque latus ibant.

Σώοντες ἑταίρους, ſervantes ſocios: de ovibus, quibus ſubligati erant ſocii Ulyſſis, & quæ eos exportabant ex antro Polyphemi. υἱόν τειρόμενον σώεσκον ὑπ' Ευρυσθῆος ἀέθλων, filium graviter laborantem ſervabam ex certaminibus ab Euryſtheo impoſitis, *Il.* Θ. 363.

V. 431.

Τρεῖς δὲ ἕκαςον φῶτ' ὄϊες φέρον, Ternæ autem oves portabant viros ſingulos.

V. 432.

Ἀρνειὸς γὰρ ἔην, μήλων ὄχ' ἄριςος ἁπάντων, Aries enim erat, pecudum longe præſtantiſſimus omnium. Vid. ad *Od.* Θ. 123.

V. 433.

Νῶτα, de ariete, quem Ulyſſes, ex antro Cyclopis fugiens, apprehendit; paullo latiori ſenſu, ut notet id, quod Romani *tergora* vocant.

Τῦ κατὰ νῶτα λαβὼν, *pro* καταλαβὼν νῶτα αὐτῦ, & hîc notio valde prima κάτω λαβὼν νῶτα, tergus ejus prehendens infra, da ich ſein rauhes Fell unter dem Leibe ergriffen und feſte gehalten.] „Alio — modo ſibi, alio ſociis „providet. Hos ſub ovibus recondit; ſe vero ſub ariete, „qui totius gregis erat præſtantiſſimus. Adeo ut majo„rem ſui quam ſociorum curam habuerit.„ *Spondan.* Mire admodum: Liquet enim, *Ulyſſem*, poſtquam ſociorum unumquemque tribus ſimul conſtrictis maribus ovibus ſubligaſſet, ſe ipſum nequaquam iſto modo ligare potuiſſe; ideoque arietis unius, ceteris majoris, quique ipſum ſolus ferre poſſet, ventri ſubvolutum velleri adhæſiſſe: unde etiam facile delapſus ceteros expeditius ſolvere poſſet. infra *v.* 463. CLARK.

Λασίην ὑπὸ γαστέρ᾽ ἐλυσθεὶς, ſub villoſum ventrem arietis contractus, εἰληθεὶς, κρυβεὶς, gekrümmet, verſtecket. ῥυμὸς δ᾽ ἐπὶ γαῖαν ἐλύσθη, temo in terram provolutus & protruſus eſt, *Il.* Ψ. 393. προπάροιθε ποδῶν Ἀχιλῆος ἐλυσθεὶς, ad pedes Achillis proclinatus, da er ſich vor ihm tief bückete, *Il.* Ω. 510.

Λάσιος. ἦτορ στήθεσσι λασίοισι, *Il.* Α. 189. Πυλαιμένεος λάσιον κῆρ, *Il.* Β. 851. Πατρόκλῆος λάσιον κῆρ, der muntere und tapfere Patroclus, *Il.* Π. 554. ὄϊς λάσιος μέγας, aries magnus denſa lana indutus, *Il.* Ω. 125.

V. 434.

Ἄωτον, *Od.* Α. 443.

Ἀώτῳ θεσπεσίοιο, divini, *i. e.* eximii velleris, διὰ τὸ δασὺ καὶ ἁπαλόν. & deeſt ἐκ. Sic pretioſa lana Siculi arietis Polyphemi deſcribitur. & re vera lana eſt quaſi flos ex cute ovilla oriens; ſimul eſt res præſtans ob egregium uſum, quem præſtat humano generi: denique in Sicilia ſunt oves admodum egregii velleris.

V. 435.

Νωλεμέως στρεφθεὶς ἐχόμην, Non remittendo, *ſeu* firmiter implicitus & contractus hærebam ad lanam arietis magni, & quidem χερσὶ, manibus. & loquitur Ulyſſes, ab ariete foras ex antro Cyclopis elatus.

Νωλεμέως, *Od.* Α. 288.

Τετληότι

Τετληότι θυμῷ, patienter, firmo animo, conſtanti animo, *Od.* Δ. 447.

v. 438.

Νομόνδ' ἐξέσσυτο ἄρσενα μῆλα, in paſcuum exibant, propere exſiliebant pecudes, arietes & hirci, ex antro.] Editiones vulgatæ vertunt, *ad paſcua exegit pecora.* Sed male: Nam vox ἐξέσσυτο ſignificationem *activam* non habet. Vide *Il.* Η. 1. *Odyſſ.* Ι. 373. Μ. 366. Rectius *Barneſius*: *ad paſcua prorumpebant.* CLARK.

v. 439.

Ἀνήμελκτος, ο, ἡ, immulctus, ungemolken. pro ἀνάμελκτος. ab ἀμέλγω, lac ex uberibus exprimo, ich melke.

Θήλειαι δ' ἐμέμηκον (imperf. v. μεμήκω,) Oves fœminæ vero balabant: ſic tamen, ut ſimul intelligantur capræ. μηκάομαι, *Il.* Δ. 435 Κ. 362.

Περὶ σηκούς, circa ſtabulationes agnorum ſuorum.

v. 440.

Οὔθατα γὰρ σφαραγεῦντο. ad verbum ſubintelligendæ ſunt αἱ ὄϊες, oves; & ad οὔθατα deeſt κατά: quod attinet ubera, diſtendebantur oves valde, ut rigida eſſent lacte ubera. Vide ſupra ad *v.* 390.

Οὖθαρ. οὖθαρ ἀρούρης, *Il.* Ι. 141. ubi *Metaphorice* notat τὸ πιότατον καὶ τροφιμώτατον τῆς γῆς, & quaſi τὸν μαζὸν γῆς: & veriſimile eſt, regem præferre terram ſuam in Peloponneſo aliis. Ceterum pingitur hac voce terra velut mulier, mammis prædita, quaſi πολύμαστος.

Ἄναξ, *Polyphemus*, dominus, reſpectu pecudum ſuarum.

Ὀδύνῃσι κακῇσι τειρόμενος, doloribus malis Afflictus, Confectus, ab oculo exuſto.

v. 441.

Πάντων οἴων ἐπεμαίετο νῶτα, terga omnium ovium contrectabat *vel* pertentabat Cyclops, an eſſent oves, quæ exirent, an homines: *i. e.* χερσὶ ψηλαφῶν ἐζήτει. Vide ad *Od.* Ε, 344.

v. 442.

Ὀρθῶν ἑστaότων, Stantium jam, non vero cubantium; die aufgerichtet auf den Füſſen ſtuhnden; die ſich auf die Füſſe gehoben hatten und ſtuhnden.

Τὸ δὲ

Τὸ δὲ νήπιος ἐκ ἐνόησεν, hoc autem ſtultus non cogitabat, das dachte der Einfältige nicht. Vide ſupra ad *v.* 419.

V. 443.

Εἰροπόκοις, ovis Epith. *Il.* E. 137. a τὸ εἶρος, & ὁ πόκος, quorum utrumque fere eſt idem; lana, vellus: ut notetur ovis, largiter lanam ferens, quæ poſſit velli. εἰροπόκων οἴων, der wollreichen Schaafen.

Ὡς οἱ (*pro* αὐτοὶ) ὑπ' — οἴων ςέρνοισι δέδεντο, *pro* ὑπεδέδεντο, Quod illi ſubligati eſſent ventribus ovium: de ſociis Ulyſſis ex antro Polyphemi evadentibus.

V. 444.

Ὕςατος ἀρνειὸς μήλων ἔςειχε θύραζε, Poſtremus poſt omnes oves exiit aries ex antro Polyphemi.

V. 445.

Λαχμὸς, ἐ, ὁ, eſt ἡ ἐκ τῆς λάχνης λασιότης. ἀρνειὸς λαχμῷ ςεινόμενος, aries vellere denſo gravatus & obſitus.

Σ]εινόμενος, oneratus. Vide ſupra ad *v.* 219.

Ἐμοὶ πυκινὰ φρονέοντι, me in animo agitante anxia & ſimul firma, me varia cogitante & propoſita mihi habente.

V. 446.

Τὸν δ' ἐπιμασσάμενος, Hunc arietem contingens & contrectans manu, Cyclops. Vide ſupra ad *v.* 302.

V. 447.

Κριὸς, ἐ, ὁ, aries, der Schaafbock, Widder.

Κριὲ πέπον, Polyphemus inquit ad carum ſibi arietem. ὦ πέπον, o ſuaviſſime, *Il.* I. 252. ubi loquitur Ulyſſes legatus ad Achillem. ὦ πέπονες, κακὰ ἐλέγχεα, *Il.* B 235. ubi eſt in ſenſu Metaphorico malo.] Il n'y a rien de plus ordinaire ſur-tout dans la paſſion, que de parler, non ſeulement aux bêtes, mais aux choſes même les plus inſenſibles. Nous en avons des exemples dans *l'Iliade* & ailleurs. DAC.

Τί μοι ὧδε διὰ σπέος ἔσσυο μήλων Ὕςατος; cur mihi ſic per ſpeluncam incedebas ovium Ultimus? ἰθὺς Λυκίων ἔσσυο, recta in Lycios ruebas, vadebas, *Il.* Π. 585. Eſt imperf. *pro* ἐσεύσο, ab ἐσευόμην, per Sync. & duplicato ſigma.

v. 448.

Λελειμμένος, *h. l.* in oppoſito ad præcedentem & præeuntem.

Οὔτι πάρος γε λελειμμένος ἔρχεαι οἰῶν, non ante ſane vadis relictus ab ovibus, du geheſt ja ſonſt nicht hinter den Schaafen nach, ſondern vorne an.

v. 449.

Νέμεαι, paſceris, du nimmeſt zu dir, friſſeſt.

Νέμεαι τέρεν' ἄνθεα ποίης, depaſceris teneros flores graminum: inquit Cyclops ad arietem ſuum. ποια. *Il.* Ξ. 347.

v. 450.

Μακρὰ βιβὰς, Longos paſſus faciens ſic *Il.* Η. 213.

Πρῶτος δὲ ῥοὰς ποταμῶν ἀφικάνεις, abis *vel* adis primus ad fluenta fluminum. πρὸς τεῖχος ἀφικάνει, *Il.* Ζ. 388.

v. 451.

Πρῶτος δὲ σταθμόνδε λιλαίεαι ἀπονέεσθαι, Primus porro ad ſtabulum cupis reverti. λιλαίομαι, ſupra *v.* 30.

v. 452.

Ἑσπέριος, ſupra *v.* 336.

Νῦν αὖτε πανύστατος, nunc contra poſtremus inter omnes: aries ex ſpelunca Cyclopis exiens. πανύστατος ἤλυθεν ἄλλων, *Il.* Ψ. 532.

Ἦ σύ γ' ἄνακτος Ὀφθαλμὸν ποθέεις; an tu etiam heri tui Oculum deſideras? vermiſſeſt es mit Betrübniß?

v. 453.

Ἐξαλαόω, cæcum reddo. τὸν ἀνὴρ κακὸς ἐξαλάωσε, quem (oculum) vir malus mihi eruit. ex ἐξ & ἀλαόω. *idem.* Vide ad *Od.* Α. 69.

v. 454.

Σὺν λυγροῖς ἑτάροισι, Cum miſeris & invalidis ſuis ſociis; inquit Polyphemus de Ulyſſe: κακοῖς, δειλοῖς.

Δαμασσάμενος φρένας οἴνῳ, poſtquam domuerat mentem vino.

v. 455.

Ὃν οὔπω φημὶ πεφυγμένον εἶναι ὄλεθρον, quem nondum puto effugiſſe perniciem ſuam. οὐδὲ ἔνθα πεφυγμένος ἦεν ἀέθλων, & ne ibi quidem talis erat, qui effugiſſet omnino certamina, auch da war er den Kämpfen nicht entgangen, war ihrer nicht los, *Od.* Α. 18. μοῖραν δ' οὔτινα φημὶ

φημὶ πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν, mortem fatalem puto neminem effugiſſe & effugere unquam, *Il.* Z. 488. ἐ δὲ νῦν ἔτι γ' ἐςὶ πεφυγμένον ἄμμε γενέσθαι, non ei nunc amplius ſane eſt effugientem nos eſſe, *i. e.* φυγόντα ἡμᾶς, er kan uns nun nicht mehr entrinnen, *Il.* X. 219.

v. 456.

Ἐι δὴ ὁμοφρονέοις inquit Cyclops ad arietem ſuum: ſi mecum idem ſentires, & mihi faveres. ὁμοφρονέοντε νοήμασιν, de conjugibus: unanimes ambo, *Od.* Z. 183. *coll* 181.

Ποτιφωνήεις, *Attice* pro προσφωνήεις, εσσα, εν, loquens, αὐδήεις. ex ποτὶ, pro πρὸς, & φωνήεις, vocalis, clamans.

Ἐι ποτιφωνήεις γένοιο, ſi eſſes loquens.

v. 457.

Ἐιπεῖν, ὅππη κεῖνος ἐμὸν μένος ἠλασκάζει, Ut diceres, ubi ille meam iram circumerrando evitet, ἐκφεύγει: ut ergo cum Accuſativo rei paullo ſpecialius notet. ὑπὸ πτόλιν ἠλασκάζων, ante urbem circumvagans curru ſuo, *i e.* ἐπ' ἐδενὶ τέλει τρέχων, nulli certo fini intentus oberrans, *Il.* Σ. 281.

v. 458.

Ἐγκέφαλος, ſupra *v.* 290.

Ἄλλυδις ἄλλῃ, *Od.* Z. 138.

v. 459.

Θεινομένε — πρὸς ἔδεϊ, Alliſi — ſolo. μή σε ἴδωμαι θεινομένην, ne te videam vapulantem, *Il.* A. 588. αὐχένα θεῖνε φασγάνῳ, cervicem cæcidit enſe, *Il* Π. 339.

Ἐγκέφαλος διὰ σπέος ἄλλυδις ἄλλῃ ῥαίοιτο, cerebrum per ſpeluncam huc illuc diſpergeretur. Vide ad *Od.* Θ. 569.

Καδδὲ ἐμὸν κῆρ λωφήσειε, *pro* καὶ καταλωφήσειε κακῶν, meum vero cor deponere poſſet moleſtiam, & ſubtraheret ſe ſenſui malorum. *pro* ἐκ κακῶν, mein Herz würde ſich von dem Uebel erleichtern.

v. 460.

Καταλωφάω, *idem quod* λωφάω, jugum *vel* onus a cervice(mea *vel* alterius) amoliri conor. *Il.* Φ. 292. ſubduco cervicem oneri *vel* moleſtiæ.

Τά μοι ἐτιδανὸς πόρεν Οὖτις, quæ mihi nullius pretii exhibuit, ad me venire fecit Outis. Cyclops hoc adjectivo alludit ad id quaſi proprium nomen.

'Οὐτιδανὸς, *Od.* Θ. 209.

v. 462.

'Ελθόντες δ' ἠβαιὸν ἀπὸ σπείους, Cum abiiſſemus paſſum unum vel alterum a ſpelunca. οὐ μέν σε χρὴ ἔτι αἰδοῦς οὐδὲ ἠβαιὸν, *i. e.* οὐδαμῶς, οὔ τι βαιὸν, auch nicht das geringſte. Du muſt dich jetzo gar nicht ſcheuen, *Od.* Γ. 14. οὐ Τρώεσσιν ἀνάβλησις κακοῦ ἔσσεται οὐδὲ ἠβαιὸν, non erit Trojanis dilatio mali ne tantillum quidem, *Il.* Β. 380. οὐ οἱ ἔνι φρένες οὐδ' ἠβαιαὶ, *pro* ἔνεισι, non ineſt ei pectus *vel* cor, ne parvulum quidem, *Il.* Ξ. 141.

v. 463.

Πρῶτος ὑπ' ἀρνειοῦ λυόμην, *pro* ὑπελυόμην, *i. e.* ὑποκάτωθεν ἐκ τῶν στέρνων αὐτοῦ ἔλυσα με, nam manibus tenebat infra vellus ejus.

Ὑπέλυσα δ' ἑταίρους, ſubexſolvi vero ſocios.

v. 464.

Τανύποδος, οδος, ὁ, ἡ, quod & ταναύπους ſcribitur: recta protenſis pedibus: a τανύω, *vel* τάνυμι, extendo, intendo: ὁ τεταμένως τοῖς ποσὶ βαδίζων.

Μῆλα ταναύποδα, oves rectipedes, longis & rectis pedibus; *ſimul* &, ſtudioſe gradientes & contendentes.

Πίονα δημῷ μῆλα, pingues adipe oves.

v. 465.

Πολλὰ μῆλα περιτροπέοντες, Multas pecudes avertentes, ut facies earum converteremus verſus navem noſtram & terga ad antrum ſuum, & ſic abigentes eas, da wir ſie wegtrieben und ihm entwendeten. ἡμῖν δ' εἰνατός ἐστι περιτροπέων ἐνιαυτὸς ἐνθάδε μιμνόντεσσι, nobis hic hærentibus jam eſt annus nonus circumagens ſe, & complens in circulo ſuo, das neunte Jahr iſt nun herum, *Il.* Β. 295.

v. 466.

'Ασπάσιοι δὲ φίλοις ἑτάροισι φάνημεν, cum gaudio autem & læta ſalutatione excipiendi apparuimus ſociis noſtris.

v. 467.

Τοὺς δὲ στενάχοντο γοῶντες, lugentes vero illos gemebant. accuſativus pertinet ad participium.

v. 468.

'Αλλ' ἐγὼ οὐκ εἴων — Κλαίειν, Sed ego vetabam eos — Flere.

'Αλλ

'Ανὰ δ' ὀφρύσι νεῦον ἑκάςῳ, *pro* ἀνένευον, prohibebam autem oculis cuique, ne flerent clare: nam loqui ad eos, nondum audebat. ὡς ἔφατο εὐχομένη, (precans,) ἀνένευε δὲ Παλλὰς 'Αθήνη, *Il.* Z. 311. λαοῖς ἀνένευε καρήατι 'Αχιλλεὺς, militibus capite moto ſignificavit, ſe nolle, *Il.* X. 205.

v. 469.

Καλλίτριχα μῆλα, ſupra *v.* 336.

v. 470.

'Επιπλεῖν ἁλμυρὸν ὕδωρ, *v.* 227.

v. 471. 472.

Vide ſupra *v.* 179. 180.

v. 473.

Ὅτε τόσσον ἀπῆν, ὅσσον τε γέγωνε βοήσας, *Od.* E. 400. Z. 294. Θ. 305.

v. 474.

Τότ' ἐγὼ Κύκλωπα προσηύδων κερτομίοισι, Vide ad *Il.* A. 539.

v. 475.

Κύκλωψ, ὐκ ἄρ' ἔμελλες] Prudenter Ulyſſes tum demum Cyclopem alloquitur, cum aliquo jam intervallo diſtaret: periculum enim erat, ne, ſi propior illi fuiſſet, illæſus non diſcederet, cum vix quidem adeo remotus cavere ſibi ab illo potuerit, ut *paulo poſt* refertur. Exprobrat autem illi Ulyſſes, quod crudelitas, quam in ſocios ſuos exercuit, meritam pœnam a Deo reliquisque Diis conſecuta ſit; non tam ob præſens iſtud factum, ſed etiam ob præcedentem inhumanitatem, qua jam a longo tempore in hoſpites ſuos utebatur. SPOND.

'Ουκ ἄρ' ἔμελλες ἀνάλκιδος ἀνδρὸς ἑταίρους Ἔδμεναι, (*pro* ἔδειν,) non vorabas ſocios ignavi hominis: ut ergo cum infinitivo præſentis vel aoriſti hoc verbum μέλλω circumloquatur imperfectum ſimpliciter ſæpe.

'Ανάλκιδος ἀνδρὸς, viri de defenſione & vindicta mali nihil conantis.

v. 477.

Καὶ λίην σέ γε μέλλε κιχήσεσθαι κακὰ ἔργα, Et omnino te infortunium conſecuturum erat, *vel* conſequi debebat, ἡ τῶν κακῶν ἔργων τίσις ἤγουν ποινὴ, *ſc.* τὸν Κύκλωπα.

ut ergo tamen κακὰ ἔργα intelligi poſſint: male facta tua; quæ, ut puniant factorem ſuum, eum perſequuntur, ut comprehendant.

V. 478.

Σχέτλιε, ſupra v. 351.

Ἐπεὶ ξείνους οὐχ ἅζεο σῷ ἐνὶ οἴκῳ Ἐσθέμεναι, (*pro* ἐσθίειν,) quoniam nulla tibi religio erat, hoſpites tuos domi tuæ comedere. Vide ſupra ad *v.* 200.

V. 479.

Τῷ σε Ζεὺς τίσατο καὶ θεοὶ ἄλλοι, ideo te Jupiter puniit & Dii alii.

V. 480.

Χολώσατο κηρόθι μᾶλλον, iratus eſt in animo magis. Vide ad *Od.* E. 284.

V. 481.

Ἧκε δ' ἀποῤῥήξας κορυφὴν ὄρεος μεγάλοιο, Miſit autem abrumpens verticem aliquem montis magni.

V. 482.

Κυανόπρωρον, nigricantem proram habens. a colore piceo Epith. *navis.* *Il.* O. 693.

V. 483.

Τυτθὸν ἐδεύησεν δ' οἰήϊον ἄκρον ἱκέσθαι, Et paululum abfuit, quin attingeret conjectum ſaxum extremam partem gubernaculi, es bedürfte nur ein weniges, an das äuſſere Theil des Steuer-Ruders zu reichen. paululum aberat, quin ad extremum clavum perveniſſet ſaxum conjectum.

Οἰήϊον, *Il.* T. 43.

V. 484.

Ἐκλύσθη δὲ θάλασσα κατερχομένης ὑπὸ πέτρης, Inundavitque *vel* commovebaturque cum ſtrepitu & fluctuare fiebat mare a decidente *ſeu* deſcendente in mare ſaxo grandi, von dem hineinfallenden Steine. Vide ad *Il.* Ξ. 392. Ψ. 61.

V. 485.

Τὴν (νῆα) δ' αἶψ' ἠπειρόνδε παλιῤῥόθιον φέρε κῦμα, Ipſam (navim) autem ſtatim retro ſtrepens unda ferebat verſus terram, *coll.* 495. *ſq.* nam omne id dicitur retro, quod a tergo noſtro eſſe volumus: ſi ergo terram nobis propoſitam habemus, retro agimur in altum vi aliqua occurrente;

currente; ſi vero altum mare, retro agimur ad terram. ergo utroque reſpectu κῦμα poteſt eſſe παλλιῤῥόθιον, a πάλιν, retro. Vide ad *Od.* Ε. 430. & 412.

v. 486.

Πλημυρὶς, & πλημμυρὶς, ἴδος, ἡ, maris æſtuantis acceſſus, fluxus, die Fluth: quando impletur littus marina aqua; nam in refluxu nudatur magnam partem. Eadem res dicitur ἡ πλημύρα & πλημμύρα. Refluxus, die Ebbe, dicitur ἡ ἄμπωτις, εως. proprie ergo ponitur de fluxu & refluxu maris utrumque, qualis eſt in Oceano: deinde vero ἡ πλημυρὶς etiam de quovis fluctu verſus littus volvente ſe. παλιῤῥόθιον κῦμα, πλημμυρὶς ἐκ πόντοιο, utrumque eſt idem: refluus fluctus, reundatio ex mari verſus terram: per hoc additum notatur, hoc κῦμα non a vento aliquo ortum, ſed ἐκ πλημμυρίδος, ἣν ὁ λίθος ἐκίνησεν, a Cyclope immiſſus mari.

Θέμωσε δὲ χέρσον ἱκέσθαι,] ἐγγίσαι ἐποίησε τῇ γῇ. *Schol.*

Θεμόω, adigo, cogo, legem præſcribo & impono. ἀναγκάζω quaſi ἐκ προστάγματος. nam a θέω, τίθημι, eſt ὁ θεσμὸς, *i. e.* νόμος, ᾧ ἐξ ἀνάγκης πειθόμεθα: hinc θεμῶσαι eſt, δικαιῶσαι, juſtum & debitum facere. θέμωσε (*pro* ἐθέμωσε) δὲ χέρσον ἱκέσθαι, legem quaſi injungebat navi, verſus terram ire: adegit ad terram venire, ex alto mari.

v. 487.

Λαβὼν περιμήκεα κοντὸν, capiens valde longum contum. ἀπὸ πέτρης περιμήκεος, a petra valde alta, *Il.* Ν. 63.

Κοντὸς, ῦ, ὁ, contus, ein Staken. Eſt ὅπλον ναυτικὸν, inſtrumentum nautarum, quo, infixo in fundum aquæ, protrudunt navem. Eſt a κέντω, ejusque præt. Med. κέκοντα. non vero eſt inſtrumentum militare.

v. 488.

Ὦσα παρὲξ, Depuli, protruſi, detruſi navem a littore verſus altum mare.

v. 489.

Ἐμβαλέειν (*diſtracte* pro ἐμβαλεῖν) κώπης (pro κώπαις) *ſcil.* τὰς χεῖρας, injicere *vel* addere manus remis, *i. e.* incumbere remis, ſtrenue remigare: χεῖρας ἐπιθεῖναι σπουδαίως ταῖς κώπαις καὶ ἐρέσσειν.

Ἵν' ὑπ' ἐκ κακότητα φύγοιμεν, ut malum effugeremus, ut infortunium ſubterfugeremus. Vide ad *Od.* Γ. 175.

v. 490.

Κρατὶ κατανεύων, Capite nutans, & hoc geſtu jubens hortansque: cujus oppoſitum eſt ἀνανεύειν, *v.* 468. ut ergo κατανεύειν etiam de imperio ponatur per nutum ſignificato.

Προπίπτω, procido, incurvo me ſtudioſe.

Προπεσόντες ἔρεσσον, (*pro* ἤρεσσον,) incumbentes remis remigabant.

v. 491.

Ἅλα πρήσσοντες, mare tranſeuntes, *i. e.* navigantes. ἵνα πρήσσῃσιν (*pro* πρήσσῃ,) ὁδοῖο, *Od.* Γ. 476. ponitur ergo de itinere terreſtri & marino. ἵνα πρήσσωμεν ὁδοῖο, *i. e.* ἵνα ὁδεύσωμεν, & deeſt præpoſitio διὰ, ut tranſeamus per viam, *Il.* Ω. 264. ῥίμφα πρήσσοντε κέλευθον, *Il.* Ξ. 282. ubi ſermo eſt de duobus ventis perſonificatis.

v. 492.

Κυκλωπα προσηύδων,] *Cyclopem alloqui volebam.* ERN.

v. 493.

Ἐρήτυον, retinere ſtudebant me & inhibere. ἡμίσεες καὶ ἐρητύοντο μένοντες, remanebant ibi, *Od.* Γ. 155.

v. 494.

Σχέτλιε, Sic ſocii Ulyſſis vocant ducem ſuum nimis audacem.

Ἐρεθίζω, *Il.* A. 32.

v. 495.

Πόντονδε βαλὼν βέλος, Sic vocatur pars montis avulſa a Cyclope & conjecta in mare contra navem Ulyſſis. *coll.* 481. ut appareat, βέλος dici ἅπαν τὸ μήκοθεν ἀφιέμενον.

v. 496.

Καὶ δὴ φάμεν, (*pro* ἔφαμεν,) & ſane credebamus, putabamus.

Αὐτόθ' ὀλέσθαι, nos ibi morituros.

v. 497.

Εἰ δὲ φθεγξαμένου τευ, (*pro* τινὸς,) ἢ αὐδήσαντος ἄκουσε, Si vero ſonantem aut loquentem quem audiret, *vel* audiſſet: prius participium eſt generis, alterum ſpeciei.

v. 498.

v. 498.

Σύν κεν ἄραξ' ἡμέων κεφαλὰς, Confregiſſet ſane noſtra capita. Vide ad *Od.* E. 426.

Νήϊα δοῦρα, ligna navalia, *i. e.* navem. δόρυ νήϊον, ſupra *v.* 384.

v. 499.

Μαρμάρῳ ὀκρυόεντι βαλὼν, Conjecto ſaxo grandi aſpero percutiens nos. ſic & *Il.* M. 380. ὀκριόεις, *Il.* Δ. 518.

Ὀκρυόεις eſt idem quod ὀκριόεις, acutas & duras extremitates habens: ὁ ἄκρας (*i. e.* ὀξύτητας) ἔχων καὶ τραχύς, hart und eckig. Eſt ab ἡ ἄκρα. Putatur quidem, ineſſe adjectivo ὀκρυόεις τὸ κρύος, frigus, horror; ut notet, horribilis, odioſus: ſed ex Homero id non apparet. eſt ibi Epith. *lapidis agreſtis.*

τόσσον γὰρ ἵησιν, tam longe enim & valide jaculatur vel jacit, *ſcil.* τὰ βέλη, *coll.* 481.

v. 501.

Ἀλλά μιν ἄψορρον προσέφην, Sed eum rurſus alloquebar. Vide ſupra ad *v.* 282.

Κεκοτηότι θυμῷ, irato animo & indignante. ſic *Il.* Φ. 456.

v. 503.

Ἀλαωτὺς, ύος, ἡ, excæcatio, cæcitas. ab ἀλαόω, cæcum reddo.

Ὀφθαλμοῦ — ἀεικελίην ἀλαωτὺν, Oculi — fœdam excæcationem & miſeram.

v. 504.

Φάσθαι, Dic, dicito: pro imperativo.

Πτολιπόρθιος idem quod πτολίπορθος, ου, *Il.* B. 278.

Φάσθαι, Ὀδυσσῆα πτολιπόρθιον] Artificioſe hic, ad Cyclopem magis exacerbandum, *nomen*, *parentes*, *patriamque* ſingulatim exponit. CLARK.

Ἐξαλαῶσαι, excœcaſſe. Vide ſupra ad *v.* 453.

v. 506.

Οἰμώξας ἡμείβετό με μύθῳ, cum gravi ſuſpirio reſpondit mihi.

v. 507.

Παλαίφατος, ου, ὁ, ἡ, olim dictus, ab antiquo celeber & memoratus.

Παλαίφατα θέσφαθ' (*pro* θέσφατα) ἱκάνει με, vetera oracula

oracula eveniunt nunc mihi, priſca oracula mihi veniunt nunc in eventu. θέσφατος αἰὴρ, *Od.* Η. 143.

v. 508

Ἔσκε τις ἐνθάδε μάντις ἀνὴρ ἠΰς τε μέγας τε, Erat quidam hic vates vir pulcer forma & magnus ſtatura,] Le Grec ajoute *fort & grand*, pour faire entendre qu'il étoit de la race des Cyclopes, qu'il étoit d'une force & d'une taille prodigieuſe comme eux. Puiſque les Cyclopes avoient un Devin, c'eſt une marque qu'ils n'étoient pas ſi barbares DAC.

v. 509.

Ὃς μαντοσύνῃ ἐκέκαστο, qui divinandi arte præ aliis incubat & excellebat. μύθοισι κέκαστο, *Od.* Η. 157.

Μαντοσύνη, *Il.* Α. 72.

v. 510.

Καταγηράω, & καταγηράσκω, conſeneſco. & κατὰ plerumque in talibus notat τὸ κάτω, quando ſenectus vergit εἰς ᾅδου, ad ſepulcrum.

Μαντευόμενος κατεγήρα Κυκλώπεσσιν, vaticinans conſeneſcebat inter Cyclopas.

v. 511.

Ὅς μοι ἔφη τάδε πάντα τελευτήσεσθαι ὀπίσσω, Qui mihi dicebat, iſta omnia eventura eſſe.

v. 512.

Χειρῶν ἐξ Ὀδυσῆος ἁμαρτήσεσθαι ὀπωπῆς, A manibus Ulyſſis exciſurum eſſe me viſu, me perditurum eſſe viſum & oculum meum; daß ich mein Geſicht verliehren würde: inquit Cyclops, recordatus antiquum vaticinium.] Le Poëte a menagé ceci avec bien de l'art, pour faire admirer la ſageſſe d'Ulyſſe d'avoir déguiſé ſon nom. Que ſeroit-il devenu, s'il s'étoit nommé ? DAC.

v. 513

Ἀλλ' αἰεί τινα φῶτα μέγαν καὶ καλὸν ἐδέγμην] Car quelle apparence y avoit-il qu'un homme ordinaire oſât approcher du Cyclope ? Polypheme attendoit un homme *beau, bien fait, de grande taille*, c'eſt-à-dire, un monſtre qui n'eut qu'un œil comme lui au milieu du front, &c. car c'étoit la beauté des Cyclopes. EAD.

v. 514.

V. 514.

Μεγάλην ἐπιειμένον ἀλκὴν, ſupra v. 214.

V. 515.

Οὐτιδανὸς, v. 460.

Ἄκικυς, υος, ὁ, ἡ, ſine viribus corporeis, kraftlos, der nicht wohl fort kan. ex α pr. & κίκυς, υος, ἡ, eſt ἡ τῦ κίειν, i. e. πορεύεσθαι, δύναμις, vis movens corpus ad procedendum.

Ἐὼν ὀλίγος τε, καὶ οὐτιδανὸς, καὶ ἄκικυς, qui eſt parvus corpore, & nihili homo, & ſine robore: *ſcil.* ſi confeatur cum Polyphemo ingenti, & immenſis viribus corporis prædito.] Cet homme, que les Pheaciens ont trouvé beau, grand, bien fait & de bonne mine, eſt traité par le Cyclope d'homme laid, ſans force & de méchante mine. Le plus grand homme auprès de ce monſtre n'auroit pû paſſer que pour un nain. Ulyſſe ne hazarde rien en rapportant aux Pheaciens le mépris que le Cyclope avoit eu pour lui, & il ſe releve bien en faiſant voir combien la prudence eſt au deſſus de la force. DAC.

V. 516.

Ὀφθαλμῦ ἀλάωσεν ἐμὲ. Vide ad *Od.* A. 69.

V. 517.

Ἀλλ' ἄγε δεῦρ' Ὀδυσεῦ, Sed age huc veni, Ulyſſes,] Doloſe ſine omni dubio Ulyſſem ad ſe pellicit, ut propiorem melius & commodius ulciſcatur. Sed novit Ulyſſes hujuſmodi eſcas non attingere, ut qui intelligat, tam manifeſto hoſti temere non eſſe confidendum. SPOND.

Ἵνα τοι πὰρ ξείνια θείω, ut tibi dona hoſpitalia exhibeam & tradam. ita *Od.* E. 91.

V. 518.

Πομπήν τ' ὀτρύνω δόμεναι κλυτὸν Ἐννοσίγαιον, Et horter inclytum Neptunum, dare tibi deportationem celerem in patriam navi tua.

V. 519.

Εὔχεται, dicit.

V. 520.

Αὐτὸς δ', αἴκ' ἐθέλῃσιν, ἰήσεται, Ipſe autem, ſi voluerit, ſanabit: inquit Polyphemus de Neptuno, patre ſuo, cum oculus ipſi eſſet penitus exciſus.] Il croit qu'il n'y a

aucun

aucun Dieu qui le puiſſe guerir que Neptune, & i croit parce qu'il eſt ſon pere; ſans cèla il douteroit ſon pouvoir comme de celui de tous les autres Di Ce caractere eſt bien ſoutenu. DAC.

v. 523.

Αἲ γὰρ δὴ ψυχῆς τε καὶ αἰῶνός σε δυναίμην Εὖνιν ποιῆ utinam te anima & vita poſſem privare! nam qui pri tur aliqua cara re, is ſolus deſtituitur ab ea. ὅς με ι ϵὔνιν ἔθηκε, qui me filiis orbum fecit: inquit Priamus Achille, *Il.* X. 44.

v. 524.

Πέμψαι δόμον Ἄϊδος εἴσω, mittere domum Orci *ſeu* I tonis intra.

v. 525.

Ὣς οὐκ ὀφθαλμόν γ' ἰήσεται οὐδ' Ἐνοσίχθων,] Ce n'eſt qu'Ulyſſe refuſe aux Dieux le pouvoir de rendre la aux aveugles, il eſt très perſuadé qu'ils peuvent le fa Mais c'eſt que Polypheme ayant été aveuglé par l'o des Deſtinées, & cet aveuglement étant une punition ſa barbarie, les Dieux ne le gueriront jamais. DA(

v. 527.

Εὔχετο, χεῖρ (*pro* χεῖρε) ὀρέγων εἰς οὐρανὸν, Supplica ambas manus protendens verſus cœlum,] Quoique N tune ſoit le Dieu de la Mer, il ne laiſſe pas d'être Ciel comme les autres Dieux, & c'eſt là que le Cycl lui adreſſe ſes prieres. EAD.

Οὐρανὸς ἀστερόεις, *Il.* Δ. 44. Θώρηξ ἀστερόεις, *i. e.* ἀ ϛρὸς, fulgens quaſi ſol aut ſirius, *Il.* Π. 134.

v. 528.

Κυανοχαίτης, (*Od.* Γ. 6.) eſt fere Epith. *Neptuni*; undæ motæ nigricantes ſunt quaſi comæ quædam m

v. 529.

Εἰ ἐτεόν γε, *Od.* Γ. 122.

v. 530.

Ὀδυσσῆα πτολιπόρθιον, Cyclops hoc cognomen ſcop repetit ex ore Ulyſſis, *v.* 504. quod tantulus & tam firmus tam ſuperbum titulum arroget ſibi.

v. 532.

Εἰ οἱ μοῖρ' ἐςὶ φίλυς ἰδέειν, Si ei fatale eſt, videre ſuos, wann es ihm beſchehret iſt, die Seinen wieder zu ſehen.

v. 534.

Ὀψὲ κακῶς ἔλθοι, Precor, ut ſero male *vel* miſere veniat: quod imprecatur Polyphemus Ulyſſi.

Ὀλέσας ἄπο πάντας ἑταίρυς, *pro* ἀπολέσας, poſtquam miſit omnes ſocios.

v. 535.

Εὕροι δ' ἐν πήματα οἴκῳ, inveniatque domi infortunia & damna.

v. 538.

Ἧκ' (*pro* ἧκε) λάαν ἐπιδινήσας, Miſit lapidem circumagens. ἀείρας, *v.* 537. in altum elevans. ἔνθα ἐπιδινηθέντε (τω αἰετω) τιναξάσθην πτερὰ πολλὰ, circumvertentes ſe per circulum in aëre, *Od.* B. 151.

Ἐπέρεισε δὲ ἶν' ἀπέλεθρον, & conatus eſt viribus immenſis, er wendete und ſtämmete eine unſägliche Kraft dran, ἐνεςήριξε τῷ λίθῳ ἰσχὺν πολλὴν τῇ ἐπιδινήσει, iſta circumagitatione infixit ſaxo magnam vim. ſic *Il.* H. 269. ἐνέρεισε δ' Ἀθήνη τὸ ἔγχος ἐς κενεῶνα, infixit haſtam Minerva (*i. e.* dexteritas Diomedis) in ile hoſtis. *vel* magno niſu adhibito fixit, *Il.* E. 856. ἐπὶ δ' αὐτὸς ἔρεισε, & ipſe connixus imprimebat haſtam, *Il.* Λ. 235. ſic & *Il.* P. 48.

Ἀπέλεθρος, ε, ὁ, ἡ, cujus magnitudo certa menſura determinari nequit, ſehr groß, ſehr weit. ex α *priv.* & τὸ πλέθρον, jugerum; ſi quid eſt tantum, ut ad certa jugera definiri nequeat. vel ex α *intenſ.* pro πολυπλέθρος, quod multa & jam non determinanda ſpatia expleat. ἶνα ἀπέλεθρον ἔχοντες, robur immenſum habentes, *Il.* E. 245. ut ſit Epith. Metaphoricum quaſi ἀπὸ ἀπειρονος γῆς. ἀπέλεθρον ἀνέδραμε, *Il.* Λ. 354. ubi eſt Epith. celeritatis ad ὦκα, ganz ungemein ſchnell: ut ergo etiam motus celeritas immenſurabilis notetur. niſi mavis de

ſpatio

ſpatio & hoc loco; recurrit celeriter valde longe:
tamen vix videtur.

v. 539.

Κὰδ' δ' ἔβαλεν (*pro* κατέβαλεν) μετόπισθε νεὼς, De vero poſt navem, a tergo navis. Vide ſupra ad v.

v. 540. 541.

Supra v. 483. 484.

v. 542.

Τὴν δὲ πρόσω φέρε κῦμα, Ipſam autem (navem anteriora tulit unda.

Θέμωσε δὲ χέρσον ἱκέσθαι, v. 486.

v. 544.

Νῆες ἐΰσσελμοι, v. 127.

v. 545.

Πολιδέγμενοι, *Od.* H. 161.

v. 546.

Νῆα μὲν — ἐκέλσαμεν, Vide ſupra ad v. 149.

v. 549.

Ὡς μήτις μοι ἀτεμβόμενος κίοι ἴσης, v. 42.

v. 551.

Μήλων δαιομένων, Cum oves dividerentur inter ſoc Αἰθίοπες, οἱ διχθὰ δεδαίαται, *Jon.* pro δέδαινται, qui riam diviſi ſunt, μιμεριςμένοι εἰσί, *Od* A. 23. ἀλλα ἀμφὶ Ὀδυσσῆϊ δαίεται ἦτορ, *Metaphorice*, ſecatur mihi es ſchneidet mich ſeinetwegen ins Herz. μερίζεται qu dividebatur animus huc & illuc, cogitando multa de *ibid.* 48.

Δόσαν ἔξοχα, dederunt mihi præcipue, vor an zum voraus.

v. 552.

Ζηνὶ —, ὃς πᾶσιν ἀνάσσει.

Jovi —, qui omnibus imperat.

v. 5

V. 553.

ας, Cum ſacrificavi.
ἔκηον, (*pro* ἔκαιον,) femora ſacra incendebam.
δὲ (Ζεὺς) ὐκ ἐμπάζετο ἱρῶν, ille vero non curabat,
um favore reſpiciebat, ſacrificium meum, non mo-
r eo. ὔτε θεοπροπίης ἐμπαζόμεθα, neque vaticinio
nur, *Od.* B. 201.

V. 554.

ως ἀπολοίατο, *pro* ἀπόλοιντο, ut perirent.

V. 555.

ρες ἑταῖροι, *v.* 172.

V. 556. 557.

ra *v.* 161. 162.

V. 559.

ra *v.* 169.

V. 562.

ra *v.* 178.

V. 565. 566.

ra *v.* 62. 63.

IN K. ODYSSEÆ.

V. I.

Αἰολίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθ'.

Cum hanc inſulam, quo delatus eſt Ulyſſes, *Æo* *Homerus* dixerit, obſervandum inprimis eſt, *ſe* Æoli inſulas recenſeri. Hæ autem ſunt: *Strongyle*, *dyme*, *Hiera*, *Hiceſia*, *Lypare*, *Eurycode*, & *Phænic* quæ omnes non longe a Sicilia abſunt. Quamnam ex his intellexerit Vates, non plane liquet. *Daceri* *param* eſſe contendit, tum quia *Bochartus* ex voce Ph cia *nibaras* ſive *nibras* derivat *Liparam*, quæ vox Phæn *funale* ſignificat: noctu enim tanquam accenſa fax l Lipara propter ignes, qui e terra eructantur; quamob *mœniis æreis cinctam*, propter fulgorem inde emicant ingenioſe confinxiſſe videtur Vates. Accedit, quod *gilius* Æoliam *Liparem VIII. Æneidos* dixerit. Nihilom adverſus eam graviſſima faciunt *Strabonis* & *Solini* t monia; uterque enim domum Æoli dicunt *Strong* ex qua ſimiliter ignes ſeſe efferunt, & noctu colluc quinimmo & ex reliquis omnibus Æoliis, quas id *Vulcanos* appellant Philoſophi: tale enim locis iis no indiderunt, qui ignem emittunt. RICC. *Diſſ. Hom.* *III. Diſſ. LII. de inſula Æolia.*

V. 3.

Πλωτῇ ἐνὶ νήσῳ.

Πλωτὴν appellat hanc inſulam Vates, quod nos *riam* ſecuti *Tertulliani* vocabulo vertimus *natatilem* etiam perhibetur de Delo in Ægeo, deque Eche prope Ægyptum. Fateor tamen, verti etiam poſſ *cumcirca navigabilem*, videlicet rotundam, quod me Strongylæ quadraret; vox enim Græca ϛρογγυλο tine redditur *rotundus*. Nihil tamen certi ſtatu utrum Strongylem potius, an Liparam Homerus caverit Æoliæ inſulæ nomine: pro utraque enim adſunt rationes. Quid, ſi dicatur, ex duabus Poëtico auſu compoſuiſſe Vates, ad illamque ea, utrique propria ſunt, contuliſſe? *ibid.*

v. 4.

Χάλκεον, ἄῤῥηκτον τεῖχος, Æreus, infrangibilis murus: munitio firmiſſima, non perrumpenda; quæ erat petra illa λεία καὶ δυσανάβατος, quæ cingebat inſulam. ἀῤῥήκτες, ἀλύτες δεσμὲς, *Od.* Θ. 275.

Λισσὴ δ' ἀναδέδρομε πέτρη, lævisque ſurſum procurrit petra.] Quid eſt: *Lævis ſurſum procurrit petra?* Immo: *Lævis petra circumcurrit* vel *cingit*, i. e. tota extremitas inſulæ cingitur ſaxis, fluctuum appulſu lævigatis. ERN. ita *Od.* E. 412.

v. 5.

Τῶ καὶ δώδεκα παῖδες ἐνὶ μεγάροις γεγάασιν, (*Od.* Z. 62.)

Quid duodecim Æoli filii ſignificant? Anni duodecim menſes ſunt, interprete *Euſtathio*: quam quidem opinionem merito *Daceria* reſpuit; minus enim proprie videtur Homerico figmento congruere. Cum enim ventorum Rex vocetur Æolus, per duodecim ejus filios duodecim ventos principes rectius & commodius interpretaberis. RICC.

v. 6.

Υἱέες ἡβώοντες, filii puberes.

v. 7.

Ἔνθ' ὅγε θυγατέρας πόρεν υἱάσιν εἶναι ἀκοίτας, Ibi ille filias ſuas præbuit filiis ſuis, ut eſſent eorum conjuges.

Fertur filios cum filiabus conjugio copulare, quia venti facile commiſcentur.

v. 8.

Οἱ δ' αἰεὶ παρὰ πατρὶ φίλῳ καὶ μητέρι κεδνῇ δαίνυνται. Convivia jugiter celebrant, quia copioſiſſimæ, quæ e ſulphureis igneisque terræ viſceribus emittuntur, exhalationes eos ibi inceſſanter alunt ſaginantque. Neque hic omittam, quod tradit *Ariſtoteles* de inſula Sacra, quæ eſt una ex iis, quæ dicuntur Æoli; nimirum ceſſante motu in ea humum in ſpeciem collis intumuiſſe cum magno ſonitu, quo colle ad extremum aperto magnam vim ſpiritus & ſcintillas cum cinere ſe foras ejeciſſe, qui univerſam Liparenſium civitatem operuit. Cum autem hujusmodi ignis eruptiones terræque motum immanes venti inſanæque procellæ ſubſequantur; nonne palam inde fit,

ſpiritus, qui ex igniferis locis exhalantur, ventorum eſſe nutrimentum longe maximum? RICC.

V. 9.

Παρὰ δέ σφιν ὀνείατα μυρία κεῖται, appoſiti autem iis ſunt cibi innumeri, *ſc.* filiis & filiabus Æoli.

V. 10.

Κνισσήεις, εσσα, εν, nidore ſuavi plenus. ſuaveolens *in genere.* a κνίσσα, ης, ἡ, nidor ex aduſto adipe, Geruch vom Gebratenen. *item* adeps, pinguedo, quæ in ſacris comburi ſolebat. κνισσῆεν δῶμα, de palatio Æoli, ubi duodecim filii & filiæ cum conjugibus ſuis quotidie convivabantur; ut ergo ſemper plenum eſſet nidore ex carnibus aſſatis.

Περιστεναχίζω, circum gemo, circum impleo, circum reſono.

Κνισσῆεν δέ τε δῶμα περιστεναχίζεται αὐλῇ, hic verſus *velut in parentheſi poſitus* eſt intelligendus, ut explicetur nidor & dapſilitas dapum: nidore plena domus circumdatur aula repleta odoribus. & ſequens ἤματα pertinet ad præcedens δαίνυνται, & poſt κεῖται comma eſt concipiendum. das Haus iſt bis in den Hof mit gutem Geruch von Braten angefüllet. Poſſis & de multitudine convivantium intelligere, συνοχωρεῖ τοῖς δαινυμένοις. Alii & de fremitu convivantium, ut ſit, περιηχεῖται, ὡς τȣ̃ δόμȣ ἠχήεντος. ὄντος: & hæc poſterior explicatio poſſit videri veriſſima.] *Nidore* (epularum) *repleta domus interdiu reſonat cantu tibiarum.* ERN.

Quod Hom. dicit Æoli domum perſtrepere & circumſonare, nulla indiget explicatione: ſpirantium enim ventorum murmura manifeſte innuit. RICC.

V. 12.

Εὗδον, ἔν τε τάπησι καὶ ἐν τρητοῖς λεχέεσσι, de lectis filiorum regis Æoli cum conjugibus. de lecto Alcinoi, *Od.* Η. 345.

V. 14.

Μῆνα δὲ πάντα φίλει με, Per totum menſem autem benigne tractabat me hoſpitem ſuum,] φίλει eſt ἐφιλοφρόνει, *amice ac benigne tractabat.* Infra, Ο. 74. χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν. ERN.

Ἐξερέ-

Ἐξερέεινεν ἕκαστα, interrogabat de omnibus; er fragete nach allem. πρῶτος δ' ἐξερέεινεν ἄναξ, *Il.* I. 668. ἐξερεείνετο μύθῳ, *Il* K. 81.

v. 16.

Κατὰ μοῖραν] proprie *bene atque ordine.* ERN.

v. 17.

Ὁδὸν ᾔτεον, iter poſcebam.

v. 18.

Ἐκέλευον Πεμπέμεν, (*Jon.* pro πέμπειν,) poſtulabam, ut ne deportarent, ich ſagte, man möchte mir fortheſfen.

Οὐδέ τι κεῖνος ἀνήνατο, nec ille renuebat. ἀναίνομαι, *Od.*Θ.212.

Τεῦχε δὲ πομπήν, & parabat mihi promtam devectionem in patriam, *ſcil.* Æolus, dato vento comite. apparet ergo, quæ ſit ἡ πομπὴ in Poëta.

v. 19.

Δῶκε δέ μοι δείρας ἀσκὸν βοὸς, dedit mihi Æolus utrem, poſtquam excoriarat bovem, & ex ejus corio feciſſet utrem.

Ἐννέωρος, *Il.* Σ. 351.

v. 20.

Βύκτης, ȣ, ὁ, qui ruit ad fundum. *item* qui implet objecta, & explet. nam eſt a βύω, expleo, turgere faciens, inflans. deinde &, impetuoſus. βυκτάων (βυκτῶν) ἀνέμων, ventorum vehementium: implentium ea, quæ obſtant ſibi.

Ἀνέμων κατέδησε κέλευθα, ventorum flatus incluſit: de Æolo, tradente utrem Ulyſſi. κέλευθα] πνεύματα. *Schol.*

v. 21. 22.

Κεῖνον γὰρ ταμίην ἀνέμων ποίησε Κρονίων,
Ἠμὲν παυέμεναι, ἠδ' ὀρνύμεν, ὅν κ' ἐθέλῃσι.

Illum enim præfectum & diſpenſatorem ventorum fecit Jupiter,
Ut poſſet alium ventum quaſi ἀποκρύπτειν, *alium* προβάλλεσθαι, ὁποῖον τι καὶ οἱ ταμίαι ποιοῦσι.

Conf. ELSN. *Obſ. Sacr. Tom. I. in Marc. IV:* 39. Καὶ διεγερθεὶς ἐπετίμησε τῷ ἀνέμῳ, καὶ εἶπε τῇ θαλάσσῃ· Σιώπα, πεφίμωσο. Καὶ ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος.

Ταμίης. Ζεὺς ταμίης πολέμȣ ἀνθρώπων, *Il.* Δ. 84. ταμίαι παρὰ νηυσὶν, σίτοιο δοτῆρες, præfecti in caſtris ad frumenta danda, *Il.* T. 44.

v. 22.

Παυέμεναι, (*pro* παύειν,) ſedare.
Ὀρνύμεν (*pro* ὀρνύειν,) concitare.

Cum ad inſulam Æoliam appuliſſet Ulyſſes, & ab Æolo, qui (ut de eo tradit *Dionyſius Siculus*,) rex pius fuit, & juſtus, & erga hoſpites humanus, omni benevolentiæ ſignificatione acceptus eſſet, poſt menſem petiit, ut ſe, quibus poſſet auxiliis, tuto in patriam remitteret. Perhumaniter ejus votis obſecundavit, utremque tradidit ventorum plenum, ſolo Zephyro in libertatem dato, cujus ſecundo flatu ad Ithacam proſpere reduceretur.

Sciunt omnes, *Æolum* hunc a veteribus fuiſſe creditum *habuiſſe in ſua poteſtate tempeſtates*, quod nimirum ventos laxando & coërcendo poſſet eas ſive excitare, ſive ſedare. Juno *Virgiliana* ſic eum affatur:

Æole (namque tibi Divûm pater atque hominum rex
Et mulcere dedit fluctus, & tollere ventos.)

Æneid. I. 69. 70. Et *paulo ante* Vates dixerat:

Æoliam venit. hic vaſto rex Æolus antro
Luctantes ventos, tempeſtatesque ſonoras
Imperio premit, & vinclis, ac carcere frenat.

v. 56. *ſqq.* Quam fabulam ad *Homeri* exemplum liquido conſtat efformaſſe *Virgilium.* Conſonat *Dionyſius*, qui ventis æthere natis imperare Æolum tradit. Scitu dignum eſt, quod *Natalis Comes* huc reſpiciens refert. (*Mythol. Lib. VIII. C. X.*) Antequam Æolus ventis imperaret, dicta ſunt accidiſſe multorum ventorum certamina, quæ urbes frequentiſſimas ac regiones davaſtarunt; qualia fuerunt, quæ tantopere mare infeſtarunt, ut Siciliam ab Italia ſejunxerint, & cum prius nullum eſſet mare mediterraneum, vis tempeſtatis in Oceano orta per quoddam ſpatium terram diſciderit, unde aqua ingreſſa per Calpen (ſic unam ex columnis Herculis vocant,) mare, quod eſt inter terram, fecerit ob depreſſam regionem, Africamque ab Europa diſterminaverit, allegatque verſus *Valerii Flacci*, *Argonaut. I.* Quas terrarum ſejunctiones a mari factas elegantiſſime deſcriptas ab *Ovidio*, *Metamorph. Lib XV.* legimus.

Sed jam expendendum, *cur Æolus ventos imperio ſuo regere*

regere ac moderari dicatur? Id multi allegorice interpretati ſunt, inter quos eſt *Polybius* apud *Strab. Lib. I.* Is cum errores Ulyſſis apud Homerum explicaret, dicebat, *Æolum*, propterea quod prædiceret, quomodo per fretum navigari poſſet, cum iis locis, ob fluxum maris & refluxum curſus difficulter teneri, & fretum ſuperari queat, *ventorum promum* dictum fuiſſe *ac regem*; quemadmodum Danaus, quod Argis ὑδρεῖα (i. e. *aquatica inſtrumenta*, ut vertit *Xylander*,) demonſtraſſet, & Atreus, quod Solis curſum cœli converſioni renitentis docuiſſet, vatesque & inſpectores ſacrorum Reges ſunt creati; & olim Sacerdotibus Ægyptiorum, Chaldæis, Magisque, ſapientia alios ſuperantibus, dignitates & imperia ſunt delata, atque etiam unusquisque Deorum honores ſortitus eſt, eo quod utile aliquid excogitaſſet. Hæc *Polybius*, cui *Diodori Siculi* accedit auctoritas, idem ferme dicentis. (*Lib. V.*) *Tzezes* vero ſcribit, *Æolum* fuiſſe aſtronomiæ peritiſſimum, & illam ſcientiam præcipue exercuiſſe, quæ pertinet ad naturam ventorum, ut navigantibus prodeſſet. *Servius* item ex *Varrone* docet, *Æolum* harum inſularum regem fuiſſe, qui eo quod tum ex earum nebulis, tum ex fumo Vulcaniæ inſulæ futura flabra ventorum prædicere conſueverit, viſus eſt vulgo *ventos in ſuâ poteſtate retinere.* Favet etiam nominis notatio: nam *Æolus* a vocabulo Phœnicio *ael* derivaſſe, ex eo vero ἀελλα, Latine *procella*, atque hinc *Æolus* rex tempeſtatum ac ventorum appellatus eſſe dicitur. *Utrem* vero, in quo *venti includuntur*, merum eſſe commentum patet, ad Phæacum voluptatem ciendam, qui talibus prodigioſis narratiunculis maximopere delectabantur. Sunt tamen, qui ex penitiore quadam philoſophia rem ſe poſſe interpretari arbitrantur. RICC.

V. 23.

Μέρμις, ιθος, ἡ, idem quod μήρινθος, ȣ, ἡ, *Il.* Ψ. 854. μίτος λεπτή.

Μέρμιθι Ἀργυρέῃ, funiculo argenteo, quo colligatus ſuperne erat uter ab Æolo datus. & ex hac qualicunque πολυτελεία τȣ̃ δεσμȣ̃ opinabantur focii, res ineſſe τῷ ἀσκῷ pretioſas.

Νηΐ δ' ἐνὶ γλαφυρῇ κατέδει μέρμιθι φαεινῇ Ἀργυρέῃ. κατέδει eſt imperf. a καταδέω. & ſenſus eſt: utrem, in quo ventos illigaverat funiculo ſupra, mihi in navem ipſe dedit.

Liquet, cur Vates *appoſitum* confingat ab Æolo *funiculum argenteum utri*, nempe ut hujus funiculi ſplendor & pretium ſocios ad utrem referandum pelliciat, atque adeo ejus conſilium perficiatur, qui Ulyſſem ad alios errores hoc ſucceſſu transferre vult. RICC.

v. 24.

Παραπνέω, præterflo. ἵνα μή τι παραπνεύσῃ ὀλίγον περ, ut ne quid præter exſpiraret vel paululum, ex utre Æoli.

v. 25.

Πνοιὴν Ζεφύρου προέηκεν ἀῆναι, unum Zephyrum ſpirare dedit. ἀῆναι, *Od.* Γ. 183.

v. 26.

Ὄφρα φέροι νῆάς τε καὶ αὐτοὺς, Ut incolumes ferret naveſque & nos,] Non: naves & *nos*. non patitur αὐτοὶ ἀπωλόμεθ' ἀφραδίῃσιν; ſed *naves & ſocios navales*, ſeu *nautas*. De modo loquendi dictum in princ. Iliados. ERN. Conf. KYPKE *Obſ. Sacr. Tom. II. in 2. Cor. X: 12.*

Οὐδ' ἄρ' ἔμελλεν Ἐκτελέειν, neque erat effecturus, *ſcil.* id quod ſtudebat.

v. 27.

Αὐτῶν γὰρ ἀπωλόμεθ' ἀφραδίῃσιν, noſtra enim ipſorum inſipientia periimus. τρὶς δ' ἔκπιεν ἀφραδίῃσι, *Od.* I. 361.

v. 28.

Ἐννῆμαρ, *Od.* I. 82.

v. 29.

Ἀνεφαίνετο πατρὶς ἄρουρα, apparebat nobis, in conſpectum veniebat, patria terra.

v. 30.

Καὶ δὴ — ἐόντας,] *Quippe & ſublatos ignes videbamus: adeo propinqui erant*, vel *eramus*. Proprie dicit, ſe vidiſſe eos, qui ignes noctu tollerent in gratiam navigantium, propter propinquitatem. ERN.

Πυρπολέω, circa ignem verſor, ignem curo & alo, ignem verſo.

Πυρπο-

Πυρπολέοντας ἐλεύσσομεν, nos ex navi videbamus jam procul ignem in littore & promontoriis verſantes inſulanos. *vel*, conſpiciebamus eos jam facientes & habentes ignem: nam ex fumo id procul conjiciebamus. & intelliguntur ii ignes, qui navigantium cauſſa in littoribus aluntur, ut interdiu fumo, noctu autem fulgore ſuo, ſignum dent, non procul eſſe terram & portum.

V. 31.

Ἔνθ' ἐμὲ μὲν γλυκὺς ὕπνος ἐπήλυθε κεκμηῶτα, Ibi me defeſſum cepit dulcis ſomnus.

Mirum ac plane abſurdum videatur, quod *Ulyſſes*, ſagacitatis ac prudentiæ laude inſigniſſimus, tam vicinus ſuæ patriæ, *ſibi ſomnum obrepere ſiverit*, ubi oportuiſſe eum eſſe vigilantiorem eventus oſtendit. *Duæ* mihi præſto ſunt *interpretationes*, quæ difficultatem diluant. *Primam* ſuppeditat *Joannes Spondanus*, qui eum putat ſe ſomno dediſſe, quod nimirum ſibi de ſecuritate ſpoponderit. Cum enim hactenus tuto proceſſiſſet, in tam exiguo intervallo, quod ſibi conficiendum reſtabat, fieri non poſſe credidit, ut aliquid impedimenti ſibi incideret. Solent namque etiam oculatiſſimi interdum cæcutire, & res, quæ majorem vigilantiam poſtulant, ſomniculoſius gerere. Quapropter ex ejus imprudentia utile præceptum colligit *Spondanus*, nimirum in negotii alicujus confectione, ubi maximam illius partem exegeris, cavendum eſſe, ne in ipſo exitu ſive incuria ſive nimia fidentia pecces, aut, quemadmodum in *proverbio* eſt, *in portu impingas*. *Alteram* damus nos, quæ multo fortaſſe eſt veriſimilior. Putamus namque, non imprudentia aut oſcitatione, ſed involuntaria neceſſitate, Ulyſſem ſomno correptum eſſe; cum enim plures dies ac noctes duxiſſet inſomnes, invitus dormivit: ſiquidem ſomnus, ubi longa laſſitudine natura concidit, etiam nolentem occupat. RICC.

V. 32.

Πόδα νηὸς ἐνώμων, pedem navis movebam apte, *i. e.* funem illum, quo velum expanſum regitur: adminiſtrabam gubernaculum navis.] *Schol.* τὸν μεταγωγὸν τῶν τοῦ κέρατος κάλων, ἢ τὸ πηδάλιον. CLARK. *Clavum* intellexerim

potius,

potius, qui eſt quaſi pes, quo procurrit navis. Ille alter pes, de quo *ſupra* vidimus, eſt potius veli pes, quam navis. Et gubernatio navis aptior Ulyſſi, quam velificatio. Accedit verbum νωμᾷν; quod de pede veli vix dicatur: at infra M. 219. eſt νηὸς οἰήϊα νωμᾷς de gubernatore. ERN. Vide ad *Od.* E. 260.

Νωμάω, *h. l.* moveo, adminiſtro, agito. Vid. ad *Od.* H. 183.

v. 33.

Δῶχ᾽ (*pro* ἔδωκα,) commiſi.

Θῶσσαι, *Od.* H. 152.

v. 38.

Τίμιος, α, ον, in pretio conſtitutus *vel* habendus, in dignatione, ehrenwerth, hochzuſchätzend.

Ὡς ὅδε πᾶσι φίλος καὶ τίμιός ἐστιν Ἀνθρώποις, ut hic omnibus acceptus & in pretio eſt hominibus! Conf. ALBERTI *Obſ. Philol. in Act. V*: 34. τίμιος παντὶ τῷ λαῷ.

v. 39.

Ὄττιων, *Att.* & *Jon.* pro ὤντινων, quod & alibi dicitur ὅτων: nam τ eſt Epentheſis Jonica.

v. 40.

Ἄγεται, advehit, portat.

Κειμήλιον, *Od.* Δ. 600.

v. 41.

Ὁμὴν ὁδὸν, eandem viam, idem iter, τὴν αὐτήν.

Ὁμὴν ὁδὸν ἐκτελέσαντες, qui idem iter emenſi ſumus.

v. 42.

Οἴκαδε νισσόμεθα, Domum redimus. νίσσομαι, *Il.* M. 119. N. 186.

Κενεὰς σὺν χεῖρας ἔχοντες, vacuas nos univerſi manus habentes, mit leeren Händen.

Σὺν ſæpe ponitur *Adverbialiter*, ſimul, noch dazu. ex. gr. *h. l.* nos omnes ſimul & æque. *Il.* Ψ. 879. σὺν-ἐλίασθη.

v. 43.

Χαριζόμενος φιλότητι, gratificans amori *vel* ex amore.

v. 45.

Ὅσσος τις χρυσὸς, Quantum quid auri,] Τις eleganter adhæret τῷ ὅσσος, ut aliis adjectivis magnitudinis: nec aliter latine exprimi poteſt, quam per *tandem*: *quantum tandem auri inſit.* Peſſime verſio: *quantum quid.* ERN.

Ὅσσος

Ὅσσος τις χρυσός τε καὶ ἄργυρος ἀσκῷ ἔνεστιν, Quam multum auri argentique inſit utri.

v. 46.

Βουλὴ δὲ κακὴ νίκησεν ἑταίρων, Sententia autem mala vicit ſociorum,] Similiter apud *Livium*: Ceterum, ut plerumque, fortuna & conſilia mala vicerunt. *Lib. XXXV.* §. 15. CLARK.

v. 47.

Ἀσκὸν μὲν λῦσαν, (*pro* ἔλυσαν,) ſie löſeten den Schlauch auf.

Ἄνεμοι δ᾽ ἐκ πάντες ὄρουσαν, venti autem omnes evaſerunt cum impetu ex utre illo. ἐκ κλῆρος ὄρουσεν, ſors ejus exſiliit, excidit, ex galea mota, *Il.* Γ. 325.

v. 48.

Τοὺς δ᾽ αἶψ᾽ ἁρπάξασα φέρεν πόντονδε θύελλα, Illos vero continue vi abripiens ferebat in mare tempeſtas.

v. 49.

Κλαίοντας,] Hoc ſolum illis reſtabat: nam alio modo præſenti tempeſtati ſuccurri non poterat; ideo ad miſerorum ſolatium confugiunt, quod in lacrymis eſt poſitum. Ut enim in bello, ſic neque in mari bis peccare licet. SPOND.

v. 50.

Ἐγρόμενος, *pro* ἐγειρόμενος, Experrectus.

Κατὰ θυμὸν ἀμύμονα μερμήριξα, Ἠὲ —, Ἦ, in animo generoſo deliberavi, Utrum —, An.

v. 51.

Ἠὲ πεσὼν ἐκ νηὸς ἀποφθίμην ἐνὶ πόντῳ, Utrum, delapſus ex navi perirem in ponto. τῶν ἄλλος μὲν ἀποφθίσθω, *Il.* Θ. 429. τὸν δὸς ἀποφθίμενον δῦναι δόμον Ἄϊδος εἴσω, eum da occiſum ſubire domum Plutonis, *i. e.* eum fac occidi, *Il.* Γ. 322.

v. 52.

Ἦ ἀκέων τλαίην, An tacitus ſuſtinerem: an patienter & cum ſilentio ſufferrem, id magnum malum, oder ob ich in der Stille es ertragen wolle.

Καὶ ἔτι ζωοῖσι μετείην, & amplius in vivis eſſem.

v. 53.

Καλυψάμενος δ᾽ ἐνὶ νηὶ κείμην, obvolvens me in navi

 Jacebam,

Jacebam, præ mœrore, & *me couvrant la tête de mon manteau*] C'étoit ſa coutume dans tous les grands malheurs: on ſe couvroit la tête de ſon manteau, comme pour dire, qu'on n'attendoit plus aucun ſecours des hommes, & qu'on n'attendoit plus rien que de Dieu. DAC.

v. 54.

Αἱ δ' (νῆες) ἐφέροντο κακῇ ἀνέμοιο θυέλλῃ, Illæ vero ferebantur malo venti turbine. κακῇ, quia vehemens erat, & admodum ingrata procella deſiderantibus patriam.

v. 56.

Od. I. 85.

v. 58.

ibid. 87.

v. 59.

Ὀπασσάμενος, comitem aſſumens.

v. 62.

Παρὰ σταθμοῖσιν ἐπ' οὐδῷ Ἑζόμεθ', ad poſtes in limine introitus Adſidebamus,] Comme des ſuppliants & des pauvres, qui par reſpect n'oſent entrer & s'approcher. DAC.

v. 63.

Οἱ δ' ἀνὰ θυμὸν ἐθάμβεον, illi vero in animo obſtupeſcebant.

v. 64.

Τίς τοι κακὸς ἔχραε Δαίμων, quod malum fatum urſit te? Vide ad *Od.* E. 396.

v. 65.

Ἦ μέν σ' ἐνδυκέως ἀπεπέμπομεν, Certe quidem nos te accurate & apte dimiſimus; inquit Æolus ad reverſum Ulyſſem. ἐνδυκέως, *Od.* H. 256.

v. 66.

Καὶ ὅπου τοι φίλον ἐστίν, *Od.* H. 320.

v. 68.

Ἄασάν (*pro* ἤασάν) μ' ἕταροι κακοὶ, Me aberrare fecerunt a propoſito mei mali ſocii. μέγ' ἀάσθη, valde ſe animo ſuo decepiſſet, er ſich ſehr vergangen hätte, *Od.* Λ. 503. ſic & 509.

Πρὸς τοῖσί τε ὕπνος, ad hæc etiam ſomnus.

V. 69.

Σχέτλιος ὕπνος, Durus & ex defatigatione ortus profundior ſomnus.

Ἀκέσσασθε, φίλοι· δύναμις γὰρ ἐν ὑμῖν, medemini malo meo, o boni! facultas enim vobis eſt. ἠκέσατο, medicam opem adferebat vulneri ejus, *Il.* E. 402. 901. ubi ſermo eſt de vulneratis in prælio, & perſanatis a medico. ἀκεσσόμεσθα θᾶσσον, medeamur ocyus huic malo: ſuccurramus laborantibus in pugna, *Il.* N. 115. ἰητροὶ, ἕλκε' ἀκειόμενοι, medici, vulnera curantes & obligantes, *Il.* Π. 29. σὺ μὲν τόδε ἕλκος ἄκεσσαι, tu ſana hoc vulnus, *ibid.* 523. ἔπιον, καὶ ἀκέοντο δίψαν, bibebant, & medebantur ſiti, *Il.* X. 2.

V. 70.

Μαλακοῖσι καθαπτόμενος ἐπέεσσιν, Vide ad *Od.* B. 39. & 240.

V. 71.

Οἱ δ' ἄνεῳ ἐγένοντο, *Od.* H. 144.

V. 72.

Ἔρρ' ἐκ νήσου θᾶσσον, Faceſſe hinc ocyus in malam rem: inquit Æolus ad reverſum Ulyſſem; & bis dictum, κατὰ θυμικὴν διάθεσιν: weiche geſchwind von der Inſel. ἐρρέτω, *Od.* E. 139.

Ἐλέγχιστε ζωόντων, du ſträflichſter unter allen Lebendigen. ὦ ἐφάμαρτε, qui te reum feciſti omnium exprobrationum: τῶν γὰρ ἁμαρτανόντων τὸ ἐλέγχεσθαι. νῦν δή σε, ἄναξ, ἐθέλουσιν Ἀχαιοὶ πᾶσιν ἐλέγχιστον θέμεναι, nunc ſane te, rex, volunt Achivi facere omnibus hominibus deriſui & probro, *Il.* Δ. 171. ἐλεγχέες, *ibid.* 242.

V. 73.

Οὐ γάρ μοι θέμις ἐστὶ κομιζέμεν — ὅς κε θεοῖσιν ἀπέχθηται, Non enim mihi mos & fas eſt curare virum — qui Diis eſt odio. & quia Diis odio eſſe, eſt, infelicem eſſe: hinc eſt hæc fictio pictura hominis, qui infelices facile averſatur, & potentiorum iræ eos relinquit. ich bin nicht gewohnt, mich eines ſolchen Manns anzunehmen, den die Götter haſſen.

V. 74.

Ἄνδρα τὸν, ὅς κε θεοῖσιν ἀπέχθηται μακάρεσσιν, Virum talem, qui certe odio eſt Diis beatis. ἀπήχθετο, *Il.* Γ. 454.

V. 75.

v. 75.

"Ἔῤῥε, ἐπεὶ ῥα θεοῖσιν ἀπεχθόμενος τόδ' ἱκάνεις, Abi, quandoquidem odioſus Diis huc veniſti. τόδε, plene, εἰς τόδε δῶμα. Vide ad Od Α. 409.

v. 72 — 75.

Ulyſſis reditus ad Æolum ejusque expulſio facilem habet interpretationem. Exiſtimavit Æolus ex illius infortunio, Diis eum eſſe maxime inviſum, & hanc calamitatem ingenti aliquo ſcelere promeruiſſe. Quandoquidem ergo religioſus erat, & in Deos pius, nihil eorum voluntati contrarium faciendum ſibi eſſe ſtatuit; videbatur autem ſibi obluctari Diis, ſi rurſus ventos utre conſtrictos ei traderet: quamobrem religione prævalente miſericordiæ, fruſtra rogantem a ſe dimiſit, expulitque. RICC.

v. 76.

Βαρέα στενάχοντα, graviter ſuſpirantem, Il. Θ. 334.

v. 77.

Vide ad Od. Ι. 62.

v. 78.

Εἰρεσία, ας, ἡ, remigatio, das rudern. ſcribitur & ἡ ἐρεσία. ab ἐρέσσω, remigo.

Τείρετο δ' ἀνδρῶν θυμὸς ὑπ' εἰρεσίης ἀλεγεινῆς, Macerabatur autem virorum animus a remigatione moleſta.

v. 79.

Ματίη, ης, ἡ, tarditas & inanis deliberatio in agendo, quæ facit, ut excidamus re deſtinata. deinde in genere, quando quis non conſequitur, quod vult; ἡ ματαιότης. a ματάω, ſegniter ago, deliberando quaſi ſemper & quærendo, an & quid agendum ſit: fruſtra ſum.

Ἡμετέρῃ ματίῃ, Noſtra fruſtranea quæſitione; cum quæſiſſemus deductionem ab Æolo in patriam, ſed fruſtra: nam dederat is quidem ventos bonos; ſed nos, quærendo theſauros in utre ventoſo, amiſeramus reditum. Ut ergo hæc vox hîc in argutiſſimo loco ſit poſita.] Videtur eſſe debere τῇ σφετέρῃ ματίῃ, ſua ſtultitia, (v. 46.) ut Α. 7. σφετέρῃσιν ἀτασθαλίῃσιν. Sed Ulyſſes ſe non excludit, quod alieno tempore dormiendo commiſerat, ut tale quid machinari poſſent ſocii. ERN.

Ἐπεὶ

, Ἐπεὶ οὐκέτι φαίνετο πομπή, quia non jam aderat nobis auxilians comitatus, qui nos ſine labore noſtro deduceret, ſicut antea, cum ventum ab Æolo ferentem habeamus. Eſt ergo *h. l.* in ſenſu omnium primo.

v. 80.

Ἑξῆμαρ, Sex dies.

v. 81.

Λάμος, ου, erat ἐπιφανὴς Λαιστρυγών. princeps ejus gentis, Neptuni filius. Hic Lamus, Ulyſſis tempore, jam dudum erat mortuus: hinc crudelitas poſterorum ad eum nihil pertinet. Conf. *Horat. III: 17: 1. ſqq.*

v. 82.

Τηλέπυλος, ου, ὁ, ἡ, portas longe a ſe invicem diſſitas habens; ubi porta, per quam introitur, longe & procul abeſt ab ea, qua exitur. Eſt Epith. *magnæ urbis.* a τῆλε, procul.

Τηλέπυλον Λαιστρυγονίην, *ſcil.* πόλιν. *i. e.* τὴν μεγάλην, τὴν διεστῶσαν πύλας διαφόρους ἔχουσαν. Alii exponunt per μακρόπυλον, οὐ τῷ διαστήματι, ἀλλὰ τῷ πλάτει τῶν πυλῶν καὶ τῷ μήκει, nam homines ibi habitantes erant gigantum ſtatura, quibus ſpatioſiores & altiores portæ opus erant. Alii accipiunt pro nomine proprio urbis, & Λαιστρυγονίην pro Epitheto, regionem hominum deſignante. Sed noſtra expoſitio compoſitioni nominis eſt accommodatior.] Oppidum Formiæ, Hormiæ dictum, ut exiſtimavere, antiqua Læſtrygonum ſedes. *Plin. Nat. Hiſt. Lib. III. Cap. 5.* Si vero in hanc τηλέπυλον veneris Λαιστρυγονίην (Formias dico,) &c. *Cic. ad Atticum, Lib. II. Epiſt.* 13. CLARK.

Τηλέπυλον] μεγάλην· τῶν γὰρ τοιούτων πολὺ διεστῶσιν αἱ πύλαι. τινὲς δὲ τὸ κύριον Τηλέπυλον ἐξεδέξαντο. *Schol.* Priorem interpretationem ſequuntur Editiones vulgatæ. *Barneſius* autem poſteriori modo accipit. Quod & eo veriſimilius, quia Epitheton τηλέπυλος nulli alii urbi apud Poëtam tribuitur. CLARK. Poſſis etiam vertere, ſi pro appellativo accipias, *altas latasque portas habentem*: quod & ipſum magnæ urbis indicium eſſe poteſt. ERN.

Ὅθι ποιμένα ποιμὴν Ἠπύει] Ὅπου οἱ νομεῖς ἀλλήλους προσφθέγγονται διὰ τὸ σύνεγγυς εἶναι τὰς νομάς· ἢ μᾶλλον τοῦ διαστήματος τὸ ἀπεναντίον τῶν πυλῶν μέτρον ἀπέχειν, καὶ οὕτω

τὴν

τὴν φωνὴν ἐξακούεσθαι τοῦ τε εἰσελαύνοντος καὶ τοῦ ἐξελαύν
Schol. *Barneſius* Poëtam hic nihil aliud quam Urbem
tam rei *Paſtoritiæ* deditam depingere voluiſſe exiſti
Vide infra *v.* 86. CLARK. Locum hunc de brev
noctium intelligit *Hyginus* Aſtron. IV. 3. De hoc (n
pe Dracone) *Homerus* quoque ita brevem noctem
dicit, *ut paſtores, cum alii exigant, alii reducant* p
poſſint alius alium audire, *cum unus propter noctem*
reducat, alter propter lucem exigat. Hæc eſt ratio *Cra*
ut docet *Euſtathius* ad *h. l.* & *Geminus* in Elem. Aſt
C. 5. qui Læſtrygonas ſub Draconis capite colloca
ubi longiſſima dies horarum 21 eſt. Alia minus ſul
interpretatio apud *Euſtathium*, quam probat *Riccius*,
de hoc loco ſic: Cum multæ ſint hujus loci interp
tiones, ceteris minus aptis omiſſis, hanc unam dar
Paſtor paſtorem evocat. videlicet paſtor, qui egit oves
paſtorem evocat, qui noctu agat armenta. Pro qu
intelligenda ſciendum eſt, ibi (in ſedibus Læſtrygon
aſilos, ſive tabanos, aut etiam oeſtros magno nur
naſci, quæ inſecta animalibus minus villoſis ſunt inſ
ſima, adeo ut aculeis ea ſæpe ad furorem redigant. (
propter villoſa pecora ibi ad paſcua interdiu ducit pa
noctu vero alius ducit glabra ſive pilis minus obtecta
boves, equos, &c. Atque hinc lucem accipit, quod ſ
tur, quod vir inſomnis duplicem hic mercedem accip
unam diurnam, alteram nocturnam, ſi ſomno abſtin
poſtquam duxit die oves, noctu ducat armenta. Hi
Homeri genuinus ſenſus, quem non videntur pler
interpretes aſſecuti. Non enim vertunt *acciperet*, ſe
cipit. Primo autem modo vertendum eſſe, qui G
maticam græcam tenet, facile videbit. *Diſſ. Homeri*
III. p. 108. *&c.* Nempe ἐξήρατο κε non eſt *accipit*,
accipiat vel *acciperet.* Hæc tamen explicatio contor
violenta videbatur *Petavio* ad *Geminum l. c.* qui *Cr*
ſententiam meliorem putabat. At Læſtrygones non
ſub Draconis capite, ſed in Italia, nec iis adeo *Cr*
ratio convenit. ERN.

v. 83.

Ἠπύει ποιμένα ποιμὴν εἰσελάων, ὅδε τ' ἐξελάων ὑπα

alloquitur paſtorem paſtor inigens pecora, expellens vero audit alloquentem & reſpondet. Nam opilio veſperi inigit pecus; ei obvius fit bubulcus cum bubus per noctem paſcendis, quos in paſcua exigit. nam interdiu δίψος καὶ μύωψ ibi intolerabilis eſt bubus in aperto agro: ergo eo tempore domi ſtabulantur uſque ad veſperam. ἠπύει ergo eſt προσφωνεῖ, familiariter, ut ruſtici in occurſu ſolent. Vide ad *Od.* I. 399.

Ἐισελάω & αὐτῶ, intus ago *vel* duco. ἵππες δ' εισελάσαντες, *Il.* O. 385.

Ὑπακέειν *h. l.* pro ἀποκριθῆναι, *reſpondere* ponitur. ἔνδοθεν αἶψα ὑπακέσαι, *Od.* Δ. 283.

v. 84.

Ἄυπνος ἀνὴρ, *i. e.* ὀλιγόυπνος, parcus ſomni. ἄυπνες ἄμμι τίθηθα, *Od.* I. 404.

Ἐξαίρω, effero, eligo, accipio.

Δοιὲς ἐξήρατο μισθὲς, duplicem perciperet mercedem: diurnam & nocturnam mercedem mereri poſſet.

v. 85.

Βυκολέων; paſcendo boves, noctu nimirum. Ἀγχίση βυκολέοντι, *Il.* E. 313. ἵπποι βυκολέοντο, *Il.* Υ. 221.

Ἄργυφος, Epith. *ovis*, διὰ τὴν τῦ ἐρίυ λευκότητα. ἄργυφα μῆλα, albas oves. ὄϊν ἄργυφον, *Il.* Ω. 621.

Νομεύω, *Od.* I. 336.

v. 86.

Ἐγγὺς γὰρ νυκτός τε καὶ ἤματός εισι κέλευθοι, *i. e.* tempora exeundi in paſcua nocturna (ut paſcantur boves, qui interdiu ab inſectis nimium infeſtantur) & diurna (ad paſcendas oves & capras) ſtatim ſe excipiunt. Vel & τοπικῶς, αἱ νυκτερειναὶ καὶ ἡμεριναὶ νομαὶ (quas κελεύθυς vocat, die Triften,) ἐγγὺς τῆς πόλεως κεῖνται. Vel ἐγγὺς abſolute, & notione temporali: ſunt ei ad manus hæ operæ, paſtor poteſt has operas habere, ſi vult, ſie ſind ihm zur Hand. Nam de propinquitate occaſus & ortus ſolis æſtivi intelligere, vetat ſitus Italiæ inferioris, ubi noctes æſtivæ non nimis ſunt breves.

v. 88.

Ἠλίβατος πέτρη τετύχηκε διαμπερὲς ἀμφοτέρωθεν, A natura factum erat ſaxum (ut ſit non ἐξ ἐπιτεχνήσεως humanæ, ſed

ſed κατὰ τὴν τύχην,) ex omni parte *vel* ſine intermiſſione utrimque. ἠλίβατος, *Od.* I. 243.

v. 89.

Ἀκταὶ δὲ προβλῆτες ἐναντίαι ἀλλήλησιν, Littora autem prominentia oppoſita ſibi: quæ formant portum. ἀκταὶ προβλῆτες, *Od.* E. 405.

v. 90.

Ἐν ςόματι πρέχουσιν, *pro* προέχουσιν, In oſtio portus prominent. Vide ad *Od.* E. 441.

Προέχω. ἐπ' ἠϊόνας προυχούσας, *Od.* Z. 138.

Ἀραιὴ δ' εἴσοδός ἐςιν, in portum illum eſt introitus anguſtus, *i. e.* ςενὴ, quod alibi dixit λεπτὴν ἐσίθμην: & *h. l.* nomen valde Metaphoricum. χεῖρα ἀραιὴν, de Venere; manum mollem & teneram, *Il.* E. 425.

Εἴσοδος, ου, ἡ, introitus, ingreſſus.

v. 91.

Νέας ἀμφιελίσσας, *Od.* H. 9. Z. 264.

v. 92.

Δέδεντο, *pro* ἐδέδεντο, ligatæ erant.

v. 93.

Οὐ μὲν γάρ ποτ' ἀέξετο κῦμά γ' ἐν αὐτῷ, *ſc.* λιμένι, nunquam enim in eo portu attollebatur fluctus, es erhob ſich da nie eine Welle.

v. 94.

Λευκὴ δ' ἦν ἀμφὶ γαλήνη, de portu placido, ubi fluctus nulli ſentiuntur. Tale mare, hanc γαλήνην habens, dicitur μαρμαρέη θάλασσα. In mari duplex eſt γαλήνη, vel quando fluctus omnino nulli, ut *h. l.* vel quando ventus vehemens deſinit flare. γαλήνη, *Od.* H. 319. E. 452.

v. 95.

Σχέθον ἔξω νῆα, tenebam navem extra portum, ich hielte mit dem Schiff drauſſen vor dem Hafen.

v. 96.

Αὐτοῦ ἐπ' ἐσχατιῇ, ich legte mit dem Schiff auſſen vor dem Hafen an. Vide ad *Od.* I. 280. & 182.

Πέτρης ἐκ πείσματα δήσας, funes alligans ad ſaxum in littore. Vide ad *Od.* I. 136.

v. 97.

v. 97.

Σκοπιὴν ἐς παιπαλόεσσαν ἀνελθὼν, poſtquam adſcendi in locum arduum, *vel* in excelſam ſpeculam conſcendens, circumſpiciendi cauſa. σκοπιὴ, *Od.* Θ. 302.

Παιπαλόεις, *Od.* Δ. 671. & 845.

v. 99.

Καπνὸν — ἀπὸ χθονὸς ἀΐσσοντα, Fumum — a terra ſe efferentem.

v. 100.

Προΐην πεύθεσθαι, *Od.* I. 88.

v. 101.

Σῖτον ἔδοντες, *ibid.* 90.

v. 102.

Τρίτατον κήρυχ' ἅμ' ὀπάσσας, *ibid.* 89.] Nihil profuit præco apud gentem barbaram, & humanis legibus non utentem. Nam ſtatim ut hos Ulyſſis legatos animadvertit, ſtatim unum ex illis corripuit, interfectumque ſibi in epulas paravit; ceteri vero fuga ſalutem ſibi quæſiverunt: tandem cum eos Læſtrygones proſequerentur, perierunt omnes Ulyſſis ſocii & naves, præter eos, quos in unica ſua navi habebat. Et hæc eſt prima ingens jactura, quam in toto navigationis curſu fecit. Sex enim ſocios tantum apud Cyclopem amiſerat, hîc pene omni comitatu deſtituitur: tandem effugit periculum mortis unica navi, qua ad Æeam inſulam ſalvus & incolumis pervenit; ibi alia rurſus pernicies illi infligetur in ſociorum perſona, ut videbimus *in ſeqq.* SPOND.

v. 103.

Λείην ὁδὸν, planam viam, den gebahneten Fahr-Weg.

v. 104.

Καταγινέω, deporto, deveho, adveho. ex κατὰ & ἀγινέω, verbum Jonicum, idem notans quod ἄγω, duco, veho.

Ἄστυδ' ἀφ' ὑψηλῶν ὀρέων καταγίνεον (*pro* κατηγίνεον) ὕλην, Ad urbem ex altis montibus devehebant ligna.

v. 105.

Κούρῃ δὲ ξύμβληντο, ſie trafen eine junge Dame an. Vide ad *Od.* H. 204.

Κούρῃ — πρὸ ἄστεος ὑδρευούσῃ, Virgini — ante urbem aquam petenti : quæ erat virgo principalis. ὅθεν ὑδρεύοντο πολῖται, *Od.* Η. 131.

V. 106.

Θυγατρὶ ἰφθίμῃ — Ἀντιφάταο, de ſola magnitudine virium corporis & ſtaturæ.

V. 107.

Καλλιρέεθρος, ου, ὁ, ἡ, pulcre fluens.

V. 111.

Ἡ δὲ — πατρὸς ἐπέφραδεν — δῶ, (*pro* δῶμα,) Et ea — patris ſui illis monſtravit — domum. ἐπέφραδε, *Od.* Θ. 68.

Ὑψερεφὲς δῶ, Vide ad *Od.* Δ. 15. & 757. deſcriptio domus regiæ, alte concameratis conclavibus inſtructæ.

Novum videatur, minusque veriſimile, *Læſtrigonas*, Cyclopum genus, ac veluti coloniam, *ſub Rege vivere*, cum Cyclopes rege carere, ſingulosque familias ſuas ſupremo jure regere ac gubernare tradiderit Vates, ut etiam modo faciunt nonnulli Indiarum populi. Huic difficultati optime mihi videtur occurrere *Daceria.* Cyclopes namque domos ſuas ſuamque regionem non reliquerant; atque ideo avitum morem facile ſervabant. At Læſtrigones cum patriam relinquentes alio multi ſimul concederent, opus fuit, ut omnes unius imperio parerent. Hinc factum, ut ducem ſibi deligerent, qui tum in itinere, tum etiam Formiis, ubi ſedem deinde fixerunt, regiam in eos poteſtatem exerceret. RICC. *Diſſ. Hom. Tom. III. p.* 113.

V. 113

Γυναῖκα, ὅσην τ' ὄρεος κορυφὴν, fœminam tantæ ſtaturæ, quantus eſt vertex montis, *vel* altus mons.

Κατὰ δ' ἔστυγον αὐτὴν, *pro* κατέστυγον, & horruerunt eam, ἔφριξαν, ſie erſchraken vor ihr. Ἀντίλοχος δὲ κατέστυγε, μῦθον ἀκούσας, *i. e.* ἐστύγνασε, triſtis fiebat, er ward ſehr betrübt, erſchrak über die Zeitung, *Il.* Ρ. 694.

V. 115.

Ὅς δὴ τοῖσιν ἐμήσατο λυγρὸν ὄλεθρον, qui ſane illis animo decernebat ſævam perniciem : nam devorare cupiebat eos.

V. 116.

V. 116.

Ἕνα μάρψας ἑτάρων, de Cyclope apprehendente hominem manibus, & vorante.

Ὡπλίσσατο δόρπον, de Antiphate. Vide ad *Od.* I. 344.

V. 117.

Τὼ δὲ δύ' ἀΐξαντε φυγῇ ἐπὶ νῆας ἱκέσθην, Alteri vero duo proripientes ſe fuga celeri ad naves veniebant.

V. 118.

Ὁ τεῦχε βοὴν διὰ ἄστεος, ille inſtituit & fecit clamorem per urbem, ut convenirent cives, er ließ es durch die Stadt ausrufen. τεῦχε δὲ πομπήν, paravitque mihi dimiſſionem a ſe, *v.* 18. *huj. Libri.*

V. 119.

Φοίτων — ἄλλοθεν ἄλλος, *Od.* I. 401.

V. 121.

Ἀνδραχθής, ἕος, ὁ, ἡ, qui viro eſt onus, ἀνδρὸς ἄχθος: valde oneroſus, woran ein Mann genug zu heben oder zu tragen hat.

Ἀπὸ πετράων ἀνδραχθέσι χερμαδίοισι βάλλον, a petris ingentia ſaxa Jaculabantur: ut notentur λίθοι μεγάλοι, & ἐνδροβαρεῖς, οἱ τοῖς ἄλλοις ἀνδράσιν ἐπαχθῆ ἂν γένοιντο φορήματα.

Χερμάδιον, *Il.* Δ. 518.

V. 122.

Κόναβος, ε, ὁ, *propr.* ſonus lignorum aridorum, ſi pulſantur: ἦχος ξύλων ξηρῶν πεπληγέτων, ein Geklapper mit trokuem Holze. *deinde* ſonus quorumvis ſiccorum, ἦχος σωμάτων ξηρῶν. *tandem* quivis clamor inconditus & velut pulſans aures.

Κακὸς κόναβος, horribilis ſtrepitus. κακὸς Δαίμων, Deus nocens; ſupra *v.* 64. ὐ κακὸς, ὐδὲ ἐσθλὸς, nec plebejus, nec nobilis; *Od.* Θ. 553. ἀνὴρ κακὸς, vilis homo, *Od.* I. 453.

Νηῶν — ἀγνυμενάων, navium — fractarum, *Il.* Π. 769.

V. 124.

Ἰχθῦς δ' ὡς, πείροντες, ἀτερπέα δαῖτα φέροντο, Et transfigentes eos, veluti piſces, auferebant epulum triſte: & ſermo eſt de Læſtrygonibus, qui naves undecim Ulyſſis perdebant, & homines jam natantes in aqua ſic configebant contis acutis, quaſi eſſent piſces, quos domum ferebant comedendos.

'Αλεγεινὰ δαῖτα, triſtes & nefandas epulas. ἀλεγεινὰ χ
Od. H. 279.

v. 125.

Ὄλεκον, occidebant.

Λιμένος πολυβενθέος ἐντὸς, portum ſatis altum intra.
432. Vide etiam ad *Od.* Δ. 406.

v. 126.

Ξίφος ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηρῦ, *Od.* I. 300.

v. 127.

Τῷ ἀπὸ πείσματ' ἔκοψα νεὼς, *pro* ἀπέκοψα, Eo rud
navis abſcidi, ich kappete die Taue, womit das E
am Ufer angebunden lag. Vide ſupra ad *v.* 96.

Νεὼς κυανοπρώροιο, *Od.* I. 482.

v. 129.

Vide ad *Od.* I. 489.

v. 130

Οἱ δ' ἅμα πάντες ἀνέῤῥιψαν,] Supra habuimus pl
οἱ δ' ἀνεῤῥίπτουν ἅλα πηδῷ, H. 328. Hic elliptice dict
ἀνέῤῥιψαν, putat *Euſtathius*, ut celeritas ſociorum e
meretur. ERN.

v. 131.

'Ασπασίως, Libenter,] Non *libenter*, ſed *facile*,
mode. IDEM.

'Ασπασίως δ' ἐς πόντον — φύγε (*pro* ἔφυγε) πέτρας
ἐμὴ, Cum gaudio autem fugit in altum, & effugit
littoralia Navis mea. *coll.* 134. nam eſt idem fere
ἀσμένως. ἀσπασίως, *Od.* Θ. 450.

'Επηρεφέας — πέτρας, cava ſaxa, ſuperne imminen
quaſi ſemicamera. πέτραι ἐπηρεφέες, non modo ὑψ
ſed & ταῖς ἐξοχαῖς οἷον ἐρέφειν δοκῦσαι, viſæ quaſi c
ratæ. κρημνοὶ ἐπηρεφέες, in foſſa munitionis, *Il.* M. 54

v. 132.

'Αολλέες, *Od.* Θ. 394.

v. 133.

Supra *v.* 77.

v. 134.

Ἄσμενοι ἐκ θανάτοιο, — *Od.* I. 566.

v. 135.

Αἶα, ας, ἡ, urbs Colchidis, cujus civis eſt ὁ αἰαῖος

αιαία. Hinc Circe, Colchici regis ſoror, dicitur αἰαίη, i. e. κολχική, Od. I. 32. & inſula Circes dicitur h. l. νῆσος αἰαίη, ab αἰαίῃ Κίρκῃ, & in ea inſula dicitur domus eſſe Auroræ, comparative ad loca ἄδυ, καὶ Κιμμερίων, ubi nullus ſplendet Sol.

v. 136.

Ἐϋπλόκαμος, h. l. Epith. Circes. die ſchöne Circe.

Δεινὴ Θεός, Dea reverenda, & timorem incutere valens: eine mächtige unſterbliche.

Αὐδήεσσα, aber mit menſchlicher Sprache, i. e. unter den Menſchen wohnend. nam erat Nympha & immortalis, hinc Θεός, & erat potens ſupra humanum captum, hinc δεινὴ Θεός: ſed non erat ἐκ τῶν Οὐρανίων, in terris, non in cœlo, habitabát; hinc inter homines verſans & hominibus propinqua, imo & mero corpore humano prædita; & λαλιᾷ ἀνθρωπίνῃ χρωμένη, ſicut alii homines, dicitur αὐδήεσσα. Vide etiam ad Od. Z. 125.

v. 137.

Αὐτοκασιγνήτη, ης, ἡ, germana ſoror. αὐτοκασίγνητος, Il. B. 706.

Ὀλοόφρονος Αἰήταο, i. e. τοῦ συνετοῦ καὶ φρονοῦντος ὁλόκληρα, & pingitur princeps cura ſua complectens omnia ſibi ſubjecta; unde & filius Solis fingitur: der in allem ſehr vernünftig und weiſe iſt. qui ſenſus etiam ideo prævalet h. l. quia Poëta præter neceſſitatem nusquam maledicit: alias notaret τὸν οὐχ ἱλαρὸν κατὰ τὸ ἦθος, & ſtruentem mala aliis. Ἄτλαντος ὀλοόφρονος, Od. A. 52. coll. 53. ubi vides, notari omniſcium: & Ἄτλας eſt in mytho, τὸ ὑπὲρ ὅλων φρονοῦν, καὶ τῶν ὅλων φροντιστικὸν, providentia divina, quæ omnia curat.

v. 138

Ἄμφω δ' ἐκγεγάτην — Ἠελίοιο, Ambo autem nati ſunt — ex Sole. dualis præt. Med. pro ἐκγεγαάτην, per Sync.

Φαεσίμβροτος, mortalibus lucens, ὁ φαίνων βροτοῖς. Epith. Solis, a quo omnia animalia lucem, & quæ inde ſequuntur, accipiunt. Il. Ω. 785.

v. 140.

Ἐπ' ἀκτῆς νηὶ κατηγαγόμεσθα, ad littus nave deferebamur, appellebamus, wir landeten an.

Σιωπῇ, ſilentio: didicerant enim timere loca incognita; hinc ſine multo ſtrepitu accedebant.

v. 141.

Ναύλοχος, ου, ὁ, Epith. *portus*, ὁ τὰς ναῦς κοιμίζων ὡς ἐπὶ λέχυς, ἐν ᾧ εὐνάζονται νῆες, ubi naves in ſecuro ponuntur quaſi ad quietem habendam, dahinein man die Schiffe leget. Eſt ergo ab ἡ ναῦς, & τὸ λέχος, *cubile*, compoſitum nomen: quieſcere faciens naves. Vide etiam ad *Od.* Δ. 846.

v. 143.

Ὁμῦ καμάτῳ τε, καὶ ἄλγεσι θυμὸν ἔδοντες, *Od.* I. 75.

v. 144.

Ibid. 76.

v. 146.

Ἀνήϊον (imperf. ab ἀνειάω,) ἐς περιωπὴν, aſcendebam in ſpeculam. *coll.* 148. ἐγὼν ἐλθὼν ἐις περιωπὴν, ego abiens in locum editum, *Il.* Ξ. 8. ἧςο γὰρ, ἐκτὸς ἀγῶνος, ὑπέρτατος ἐν περιωπῇ, ſedebat enim extra certaminis locum ſublimis in loco edito, & undique proſpectum habente, *Il.* Ψ. 451] Videtur ex *hoc loco* & *aliis* conſtare, *in portubus* fuiſſe excelſas quaſdam *ſpeculas*, ex quibus prætermavigantes poſſent terram habitatam cernere. Sic *autem* in Læſtrygonum portu ſpeculam dicitur Ulyſſes aſcendiſſe: Ἔςην δὲ, σκοπιὴν ἐς παιπαλόεσσαν ἀνελθὼν, *Stabam vero*, *ſpecula ardua conſcenſa.* (ſupra *v.* 97.) SPOND.

v. 147.

Εἴπως ἔργα ἴδοιμι βροτῶν, ἐνοπήν τε πυθοίμην, Si forte conſpicarer culta loca hominum, & audirem ſonum aliquem humanum. ἐνοπὴ, *Il.* Γ. 2.

v. 148.

Supra *v.* 97.

v. 149.

Ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης, a terra late patente, per quam ubique patent ambulationes. Eſt generale *terræ* Epith. *Od.* Γ. 453. Conf. LENNEP *Animadv. ad Coluth. p.* 94.

v. 150.

Διὰ δρυμὰ, πυκνὰ καὶ ὕλην, per arbuſta denſa & ſilvam, vidit Ulyſſes fumum ſurgentem ex domo Circes procul. ita *Il.* Λ. 118. ubi ſermo eſt de cerva, fugiente leonem.

v. 151.

V. 151.

Μερμήριξα — Ἐλθεῖν, ἠδὲ πυθέσθαι, Deliberavi — An irem, & explorarem.

V. 152.

Ἐπεὶ ἴδον αἴθοπα καπνόν, ut ſignum habitationis humanæ. *i. e.* τὸν ἐκ τοῦ αἴθεσθαί τινα ὕλην ἀναδιδόμενον. niſi de colore vel albente vel nigricante intelligere malis.

V. 153.

Od. Z. 145.

V. 155.

Προέμεν, mittere. aor. 2. inf. pro προεῖναι, *Jonice.*

V. 156.

Ἦα, eram, *Il.* E. 808.

V. 157.

Καί τότε τίς με θεῶν ὀλοφύρατο] Non dicit, fortuna, temere aut caſu, hoc accidiſſe: quia — nihil agnoſcit Homerus, quod ſine Deorum voluntate aut permiſſu eveniat. Et hoc eſt diligenter obſervandum, quia alioqui vulgus etiam ſimilia contingentia caſui ſolet tribuere: male, ut hîc tacite docet Ulyſſes. SPOND.

V. 158.

Ὑψίκερων ἔλαφον, excelſis cornibus cervum.

Ὑψίκερως, ω, ὁ, ἡ, altis cornibus præditus. Eſt forma Attica, pro ὑψίκερος, αἴος, ὁ, ἡ, vel ὑψικέρατος, ου, ὁ, ἡ. nam omnes iſtæ formæ in uſu ſunt.

V. 159.

Ποταμόν δε κατήϊεν, ad fluvium deſcendebat.

Ἐκ νομοῦ ὕλης, e paſcuo ſylvæ.

V. 160

Πιόμενος, Bibere deſtinans, bibiturus.

Δὴ γάρ μιν ἔχεν μένος ἠελίοιο, eum enim vis ſolis corripuerat, ut valde ſitiret: ſitiebat valde ob vim æſtus ſolaris; ἐδίψα.

V. 161.

Ἄκνηστις, ιος, & εως, ἡ, ſpina dorſi in quadrupedibus, der Rückgrad am Vieh. ſic dicta putatur, quia eam οὐκ ἐστι κνήσασθαι, quia quadrupedia non poſſunt eo pertingere ore ſuo ad ſcabendum. ut ergo ſit ab α priv. & κνάω, *i. e.* ξύω. Poſſit & eſſe ab α intenſ. & eodem κνάω, quia

 plerum-

plerumque exſtat paululum hæc ſpina, & tangenti inſ-ſentive dura eſt.

Ἔλαφον κατ' ἄκνηστιν μέσα νῶτα πλῆξα, (pro ἔπληξα,) ubi prius explicatur per poſterius; & κατὰ velut bis poſitum eſt intelligendum: ich traf und ſchoß ihn in den Rücken.

v. 162.

Τὸ δ' ἀντικρὺ δόρυ χάλκεον ἐξεπέρησε, penitus autem haſtile æreum tranſiit, der Spieß fuhr durch und durch, Il. Π. 346.

v. 163.

Κὰδ δ' ἔπεσ' ἐν κονίῃσι μακών, de cervo, ſagitta confixo. de equo vulnerato & exſpirante, Il. Π. 469.

Ἀπὸ δ' ἔπτατο θυμός, avolavitque vita. ita Il. Π. 469.

v. 164.

Τῷ δ' ἐγὼ ἐμβαίνων, i. e. στερεῶς ἐρείδων τῷ κειμένῳ τὸν πόδα, da ich meinen Fuß an ihm anſtemmete,] Non in-ruens: ſed pede in cervo poſito, ut niſus extrahendi augeretur. ERN.

Ὠτειλή, Il. Δ. 140.

v. 165.

Καταχλίνω, deorſum flecto. δόρυ κατακλίνας ἐπὶ γαίῃ, haſtam deponens in terra.

v. 166.

Ἔιασ', (τὸ μὲν αὖθι,) Reliqui, (eam ibi.) pro εἴασα.

Σπασάμην, evellebam. ἐκ χειρὸς χεῖρα σπάσεν, ex manu alterius manum ſuam extraxit, cum vi aliqua, Od. Β. 321.

Ῥώψ, ωπὸς, ἡ, vimen, virgultum. a ῥέπω, deorſum vergo, ich neige mich niederwärts.

Λύγος, Od. Ι. 427.

v. 167.

Πεῖσμα — πλεξάμενος. πεῖσμα h. l. non de rudente, ſed de alio fune ex tempore facto, ut capti & occiſi cervi pedes colligaret, ad commodius auferendum eum. Vide ad v. 127.

Ὅσον τ' ὄργυιαν, longum fere ulnam. Vide ad Od. Ι. 325.

Πεῖσμα — ἐϋστρεφὲς, funem — tortilem. Vid. ad Od. Ι. 427.

v. 168.

Πλεξάμενος πεῖσμα, Plectens funem, da ich ein Seil

von

von Wieden geflochten. χαίτας πεξαμένη, χερσὶ πλοκάμους ἔπλεξε, de Junone ornante ſe accuratius: cum pexuiſſet capillos, manibus cincinnos complicuit, *Il.* Ξ. 176.

Συνέδησα πόδας δεινοῖο πελώρου, de occiſo in venatione cervo, qui jam erat aſportandus: valde magnus & admirabilis.

V. 169.

Καταλοφάδιος, & καταλοφάδειος, ου, ὁ, ἡ, in cervice, quod in cervice jacet *vel* portatur. Neutrum plurale ponitur a Poëta adverbialiter. ex κατὰ & λόφος, ου, ὁ, cervix, der Nacken, in jumentis *proprie*; *deinde* & in hominibus.

Βῆν δὲ καταλοφάδια φέρων, *ſc.* τὸν ἔλαφον, Ibamque in cervice ferens eum magnum cervum cæſum. quod idem fere eſt ac κατωμαδὸν βαστάζων. Portabat autem, non uni humero impoſitum, nec una manu adjuvante, ſed ſuper cervicem & utrumque humerum, utraque manu adjuvante.

V. 170.

Ἔγχει ἐρειδόμενος, Haſta nixus *ſeu* fultus.

Οὔπως ἦεν, impoſſibile erat.

V. 172.

Ἀνέγειρα δ' ἑταίρους, excitabamque ſocios, jacentes in terra triſtes. augmentum *Jonice* omiſſum, pro ἀνήγειρα.

V. 173.

Παρασταδὸν ἄνδρα ἕκαστον, accedendo ad ſingulos. λῦσαι δ' οὐκ ἐδύναντο παρασταδὸν, *Il.* O. 22 ſolvere te non valebant acceſſu ſuo & admota manu; idque adverbium diſtinguit ibi rem ſuſceptam re vera, a ſolo voto & προθυμίᾳ.

V. 174.

Ὦ φίλοι, οὐ γάρ πω καταδυσόμεθ'] Refertur vocula γὰρ ad id, quod eleganter reticetur: *Ne animum penitus abjiciatis; nequaquam* ENIM &c. Vide ad *Il.* Ε. 22. item infra ad *v.* 190. CLARK. Quaſi dicat: Nihil eſt, o ſocii! quod diutius triſtemur ob aliorum jacturam, quam antea fecimus: illis enim præſtituta jam iſta moriendi hora a fato, cui quis repugnaverit? Immo habemus, quod lætemur, ſiquidem adhuc ſuperamus, & nondum, quia fatalis dies nondum advenit, occubuimus. Itaque, quamdiu

diu licet per noſtras facultates, agite! genio indulgeamus. Quam ſit importunus venter in mediis etiam calamitatibus, dixit idem *antea* in primo Alcinoi convivio. SPOND.

V. 175.

Πρὶν μόρσιμον ἦμαρ ἐπέλθῃ, *i. e.* *ὁ θεόθεν θάνατος*. *οὐκ Ὀδυσῆϊ μόρσιμον ἦν, τὸν ἀποκτεῖναι*, non ei fato conceſſum erat, hunc occidere, *Il.* E. 674. *οὐ γάρ με κτανέεις, ἐπεὶ οὔτοι μόρσιμός εἰμι*, inquit Apollo ad Achillem: non enim me interficies, ſiquidem nequaquam fato mortis obnoxius ſum: *οὐ ὑπόκειμαι τῇ μοίρᾳ*, *Il.* X. 13. *ἀλλά σοι αὐτῷ μόρσιμόν ἐστι δαμῆναι*, tibi ipſi conſtitutum eſt a fatis interfici, *Il.* T. 417. *ἤδη αὐτῷ ἐπόρνυε μόρσιμον ἦμαρ Ἀθήνη ὑπὸ Πηλείδῃ*, jam in eum devolvebat fatalem mortis diem Minerva a manu Pelidæ, *Il.* O. 613.

V. 177.

Μνησόμεθα βρώμης, Memores erimus cibi capiendi. *i. e.* *φάγωμεν*. *μνησόμεθα* *h. l.* eſt *Jon.* pro *μνησώμεθα*. *περὶ πομπῆς μνησόμεθα*, *Od.* H. 192.

Βρώμη, ης, ἡ, cibus, das Eſſen. a præt. Paſſ. *βέβρωμαι*, v. *βρόω*, paſco me, comedo.

Μηδὲ τρυχώμεθα λιμῷ, nec conſumamur a fame. *τρύχουσι δὲ οἶκον*, atterunt & abſumunt mihi rem familiarem, *Od.* A. 248. *ἦ τ' ἂν, τρυχόμενός περ, ἔτι τλαίης ἐνιαυτόν*, certe ſane, quantumvis conſumendus & male habendus a procis, adhuc tolerares annum, *ibid.* 288. ſic, *τλαίην*, *Od.* B. 219.

V. 179.

Ἐκκαλύπτω, revelo, detego.

Ἐκ δὲ καλυψάμενοι — θηήσαντο ἔλαφον, quidam exponunt: excoriantes admirabantur cervum, ob magnitudinem inſignem. Sed, ſi propius inſpicias locum, apparet, *ἐκκαλυψάμενοι* eſſe intranſitive: cum revelarent ipſi ſe, involucris ſuis rejectis. nam præ mœrore obvolverant capita, & jacuerant humi proni. nunc, adveniente principe ſuo, & adportante feram egregiam in venatione dejectam, recepto animo ſurgebant, abjectis integumentis ſuis, *coll.* 181.

Ἁλὸς ἀτρυγέτοιο, *Od.* Z. 226.

v. 180.

Θηήσαιντ', *Od.* Θ. 17.

v. 181.

Τάρπησαν, ſatiati ſunt, *Od.* E. 201.

v. 182.

χεῖρας νιψάμενοι τεύχοντ' ἐρικυδέα δαῖτα, Lavabant manus, & parabant cœnam valde præſtantem, *vel* epulum valde elegans: de ſociis Ulyſſis, cervum egregium in venatione nactis. Vide ad *Od.* Γ. 66.

v. 183 — 187.

Od. I. 556 — 560.

v. 188.

Ἀγορὴν θέμενος, *Od.* I. 171.

v. 189.

Κέκλυτέ μευ μύθων, Audite meos ſermones.

v. 190.

Ὦ φίλοι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν] Rectius fortaſſe referri intelligetur iſtud γὰρ ad id, quod eleganter reticetur: *Neſcio, quid nobis faciendum ſit; neque* ENIM *&c.* Vide ſupra ad *v.* 174. CLARK.

Οὐκ ἴδμεν, ὅπῃ ζόφος, οὐδ' ὅπῃ ἠώς, neſcimus, qua parte ſit Occidens, aut Oriens: & Occidentis locum circumſcribit *v.* 191. Orientis vero *v.* 192. Hanc plagarum mundi ignorationem loquitur Ulyſſes εἰς δειναμωθῶν. Vide ad *Od.* I. 26.

v. 191.

Φαεσίμβροτος, ſupra *v.* 138.

Ἠέλιος — εἶσ' ὑπὸ γαῖαν, ſol — occidit.

v. 192.

Οὐδ' ὅπῃ ἀννεῖται, *ſc.* ὁ ἥλιος, Nec ubi ſurſum it, *i. e.* oritur. *pro* ἀνανέεται, *v.* ἀνανέομαι, ſurſum eo *vel* venio. Et eſt circumlocutio Orientis partis. *coll. v.* 190. ὅπῃ ἠώς. nam & partem mundi Orientalem & Occidentalem *h. l.* binis phraſibus expreſſit; ἠώς, ἀννεῖται ἥλιος, *i. e.* ἀνίσχει, ἀνέρχεται, ἀνατέλλει: & ζόφος, εἶσι ὑπὸ γαῖαν ἥλιος.

Φραζώμεθα θᾶσσον, conſideremus, computemus celeriter.

v. 195.

Ἀπείριτος, ου, ὁ, ἡ, *idem quod* ἀπείρων.

Πόντος

Πόντος ἀπείριτος, das Gränzen-loſe Meer. ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν, *Od.* E. 46.

Τὴν πέρι (*pro* περὶ τὴν νῆσον) πόντος ἐστεφάνωται, *i. e.* περιέχει αὐτὴν κύκλῳ. ἀμφὶ τὸν Δία θυόεν νέφος ἐστεφάνωτο, circumpoſita erat odora nubes, *i. e.* κύκλῳ περιεῖχεν τὸν Δία, *Il.* O. 153. αἰγίδα, περὶ ἣν πάντη φόβος ἐστεφάνωτο, *i. e.* κύκλῳ περιέχει, terror cingit eam & complectitur totam, *Il.* E. 739. ἐπὶ ἀσπίδι Γοργὼ ἐστεφάνωτο, in clypeo Gorgo ſita erat & circumdata. occupabat medium orbem clypei, circumpoſita & expanſa in eo erat, κεφαλὴ αὐτῆς δηλαδή, *Il.* Λ. 36. & ſermo eſt de clypeo Agamemnonis.

v. 196.

Αὐτὴ δὲ χθαμαλὴ κεῖται, de inſula Circes: plana in medio & quaſi depreſſa jacet. Sed de Ithaca, *Od.* I. 25.

v. 197.

Ἔδρακον ὀφθαλμοῖσι καπνὸν, Vidi oculis fumum. v. δέρκω, fut. 2. δρακῶ.

Διὰ δρυμὰ πυκνὰ καὶ ὕλην, *v.* 150.

v. 198.

Τοῖσιν δὲ κατεκλάσθη φίλον ἦτορ, Vide ad *Od.* I. 256.

v. 199.

Μνησαμένοις ἔργων] *Feliciter ſapit, qui alieno periculo ſapit;* inquit ille apud *Plautum.* Hoc Ulyſſis ſocii in præſentia faciunt. Verentur enim, novam hanc terram ingredi, ne in barbaræ gentis manus inciderent, perinde ac ſuperioribus diebus ceteri tum apud Cyclopas, tum apud Læſtrygonas: quod geminatum periculum eos cautiores efficiebat: nam ob prius tantum non ſunt deterriti ab inſpicienda Læſtrygonia. Itaque nunc & eorum recordatione & præſentis metu confugiunt ad lacrymas, quibus forſan ad ſui commiſerationem Ulyſſem permoverent. Sed ille dicit, eas nihil eis profuiſſe, h. e. immotum ſe ad illas in ſuo inſtituto permanſiſſe. Ratum ſiquidem jam apud illum fuerit, inſulam a ſe obſervatam inviſere. Itaque Eurylochus cum parte ſociorum ſorte electus ad eam explorandam pergit. SPOND. Recordantibus, quid ille fecerit.

v. 200.

Ἀνδροφάγος, ου, ὁ, ἡ, homines vorans, ein Menſchenfreſſer.

v. 201.

Κλαῖον δὲ λιγέως, Flebant autem clara & acuta voce, ſie weineten mit lauter Stimme. ſic κλαίοντα λιγέως, *Il.* Γ. 5. Μενέλαος ἀγόρευε, παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως, loquebatur, pauca quidem, utpote Laco, ſed valde clara & diſtincta voce, *Il.* Γ. 214. Φυσῶντες λιγέως, de ventis, *Il.* Ψ. 218.

Θαλερὸν κατὰ δάκρυ χέοντες, vide ad *Od.* Δ. 556.

v. 202.

Ου γάρ τις πρῆξις ἐγίνετο μυρομένοισιν, nihil lucri fiebat miſerabiliter flentibus, *vel* ejulantibus, wir gewonnen mit unſerm weinen nichts. ἤ τι κατὰ πρῆξιν, *Od.* Ι. 253. Μύρομαι, *Il.* Ζ. 373.

v. 203.

Ἐγὼ δίχα πάντας — ἑταίρους Ἠρίθμεον, Ego in duas partes omnes — ſocios Numerabam. ὄποτε δίχα ἐβάζομεν, ἀλλ' ἕνα θυμὸν ἔχομεν, nunquam ego aliter, aliter ille loquebamur, ſed habebamus unam ſententiam, *Od.* Γ. 127. δίχα θυμὸν ἔχοντες, animum habentes duplicem, *i. e.* aliqui Deorum Græcis favebant, alii Trojanis, & ſic Dii διχονοῦντες ἦσαν, non vero unius ejusdemque ſententiæ, *Il.* Υ. 32. δίχα δέ σφιν ἐνὶ φρεσὶ θυμὸς ἄητο, duplici modo illis in pectoribus animus movebatur, *i. e.* διχα ἐφρόνεν, ihre Meinungen und Geſinnungen waren getheilet, *Il.* Φ. 386.

v. 204.

Ἠρίθμεον δίχα —, Numerabam omnes ſocios bipartito, *i. e.* in duos greges æquales dividebam eos.

Ἀρχὸν δὲ μετ' ἀμφοτέροισιν ὄπασσα, *pro* ἔπασα, ich gab beyden Theilen einen Anführer zu.

v. 206.

Κλήρους δ' ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλομεν ὦκα,] Hunc morem ſortes in Galea movendi tangit *Homerus*, *Il.* Γ. 316. ubi de *Paride* & *Menelao* congreſſuris; item *Il.* Η. 171. ubi de *Hectore* & *Ajace*: de qua re etiam *Sophocles*, Ajac. v. 1301. Vide *Spondan.* in locum fol. 122. BARNES. Vide etiam ad *Il.* Ψ. 352.

v. 207.

Ἐκ δ' ἔθορε κλῆρος, Exſiliit vero ſors ex galea, in qua ſortes fuerant agitatæ. *Il.* H. 182.

v. 208.

Βῆ δ' ἰέναι, *i. e.* ἴε, ibat. Vide ad *Od.* B. 298.

v. 209.

Κατὰ δ' ἄμμε λίπον γοόωντας ὄπισθεν, nos vero reliquerunt lugentes poſt ſe.

v. 210.

Ἐν βήσσησι, in loco deſerto & arboribus læto, quem nos eine Heide vocamus. Vid. ad *Il.* Γ. 34. X. 190.

Βῆσσα, ης, ἡ, ſaltus, eine Heide voll Waldung und Hügel. a βάω, *fut.* βήσω. & notat propr. ejusmodi ſaltum, ubi feræ multæ vagantur & errant, eine Wildbahn, ein Wildſtand. Videtur eſſe id, quod in Sacris Libris vocatur ἔρημος, eine Wüſte, *i. e.* locus non neceſſario arboribus condenſus, non tamen agricultura frequens, ſed paſcuis pecudum & feris relictus.

Τετυγμένα δώματα Κίρκης, bene ſtructas ædes Circes. Vid. ad *Od.* I. 223.

v. 211.

Ξεστοῖσιν λάεσσι, Polito ſaxo. Vid. ad *Od.* Θ. 6.

Περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ, Elato in loco, *Od.* A. 426.

v. 212.

Ὀρέστερος, *Il.* X. 93. λύκοι ὀρέστεροι, lupi aliâs in montibus degere ſoliti, nunc vero a Circe cicurati.

v. 213.

Καταθέλγω, fere idem quod ſimplex θέλγω, obſtupefacio, capio totum, ich bezaubere, nehme ganz ein, ſetze auſſer Wirkſamkeit.

Τοὺς (οὓς) αὐτὴ κατέθελξεν, Sermo eſt de lupis & leonibus, veris illis & naturalibus, ſed a Circe ita cicuratis, ut velut agni obambularent per domum ejus.

Ἐπεὶ κακὰ φάρμακ' ἔδωκεν, poſtquam mala pharmaca dedit.

v. 214.

Οὐδ' οἵ γ' ὡρμήθησαν ἐπ' ἀνδράσιν, Neque illi adoriebantur homines: cicures enim facti erant artificio Circes.

v. 215.

v. 215.

Οὐρῇσι μακρῇσι περισσαίνοντες ἀνέσταν, Caudas longas circum motitantes, *vel* Caudis longis motis circum blandientes ſurgebant: de leonibus & lupis cicuratis in domo Circes.

Οὐρὰ, *Il.* Υ. 170.

Περισσαίνω, circum motito. ex περὶ & σαίνω. mox *v.* 217. & 219.

v. 216.

Ἀμφὶ ἄνακτα κύνες δαίτηθεν ἰόντα, circa dominum canes a convivio profectum.

v. 217.

Σαίνω, moveo, agito. in ſpecie, motito caudam blande, more canum, σείων τὴν οὐράν.

Μείλιγμα, ατος, τὸ, delinimentum. a μειλίσσω, ſuaviter tracto, mulceo, placo, delinio.

Φέρει μειλίγματα θυμοῦ, fert delinimenta iræ, *e. c.* cibos.

v. 218.

Λύκοι καρτερώνυχες, ἠδὲ λέοντες, Vide ad *Od.* Ζ. 253.

v. 219.

Σαῖνον, *pro* ἔσαινον.

Ἐπεὶ ἴδον αἰνὰ πέλωρα, de ſociis Ulyſſis expavefactis, cum viderunt ingentes feras, leones & lupos, in atrio Circes obverſantes cicures. Vide ſupra ad *v.* 168.

v. 220.

Θεᾶς καλλιπλοκάμοιο, Deæ bene ornatæ comis intortis, formoſæ.

v. 221.

Κίρκης δ' ἔνδον ἄκουον ἀειδούσης ὀπὶ καλῇ, ſic & *Od.* Ε. 61.

v. 222.

Ἱστὸν ἐποιχομένης μέγαν, *ibid.* 62.

Ἄμβροτον — ἱστόν. ἐλαίῳ ἀμβρότῳ, *Od.* Θ. 364. ἄμβροτα εἵματα, *Od.* Η. 260.

— — — — — οἷα Θεάων

Λεπτά τε, καὶ χαρίεντα, καὶ ἀγλαὰ ἔργα πέλονται.

— — — — — *qualia Dearum*

Tenuiaque, & amabilia, & pulcra opera ſunt.

v. 224.

Τοῖσι δὲ μύθων ἦρχε, *Od.* Η. 47.

Πολίτης,

Πολίτης, ὄρχαμος ἀνδρῶν, Polites, præfectus: qui ſine dubio ductor aliquis ordinum fuerat in bello.

v. 225.

Κήδιςος, *Od.* Θ. 583.

Κεδνότατος, der vernünftigſte, & cura mea digniſſimus. κεδνὸς, *Il.* I. 582.

Ὅς μοι κήδιςος ἑτάρων ἦν, κεδνότατός τε, inquit Ulyſſes de Polite, ſocio ſuo: maxime mihi neceſſarius, & ad curam meam pertinens; nam utrumque Epith. notat fere idem, & κεδνὸς quoque eſt a κήδω.

v. 227.

Καλὸν (*pro* καλῶς) ἀοιδιάει. *coll.* 221. Vide ad *Od* E. 61. Hoc ᾄδειν ἐν τῷ ἐργάζεσθαι δεῖγμα ἐςὶ τοῦ καὶ ῥᾳδίως τὸ ἔργον ποιεῖν, ἔτι δὲ καὶ σὺν ἡδονῇ. hic ergo mos, in opere canendi, antiquiſſimus.

Δάπεδον δ' ἅπαν ἀμφιμέμυκεν, (præt. Med. *i. e.* ἠχεῖ,) pavimentum autem totum reſonare ſolet.

Δάπεδον hic non eſt γῆ ὕπαιθρος, ſed eſt τὸ τοῦ δώματος ἔμβαδον, der Fuß-Boden im Hauſe oder Saale; ἐξ αὐτοῦ δὲ τὸ πᾶν δῶμα δηλοῦται, ἠχῆεν δηλαδὴ ὄν. ut ergo pars conclavis magni includat totum conclave. Vide ad *Od.* Δ. 627.

Ἀμφιμυκάω, circum mugio, reſono graviter. ex ἀμφὶ & μυκάω, mugio. propr. de bubus ponitur, & eſt ex ſono factum verbum.

v. 228.

Ἀλλὰ φθεγγώμεθα θᾶσσον, at ſonum edamus celeriter: inquiunt ad ſe invicem, adſtantes ante fores Circes, eamque intus canentem audientes; ut ſignum voce ſublata dent, eſſe quosdam ante fores: Laſſet uns geſchwind ruffen.

v. 229.

Τοὶ δ' ἐφθέγγοντο καλεῦντες, & illi ſonum edebant clamantes.

Καλεῦντες, *Jon.* pro καλοῦντες.

v. 230.

Ἐξελθοῦσα θύρας ὤϊξε, eſt πρωθύςερον, pro οἴξασα θύρας ἐξῆλθε.

v. 231.

V. 231.

Κάλει, invitabat blande, ut hoſpites intro venirent.
Οἱ δ' ἅμα πάντες ἀϊδρείῃσιν ἕποντο, illi vero una omnes ex ignorantia ſequebantur: quia ignorabant, quæ ſit Circe. οὐδέ τ' ἀϊδρείῃ, neque ex imperitia mea, *Il.* H. 198.

V. 232.

Εὐρύλοχος δ' ὑπέμεινεν, Eurylochus autem remanſit, nec proceſſit ulterius.
Οἰσάμενος δόλον εἶναι, ſuſpicans, fraudem ibi eſſe. ἤ τι ὀϊσάμενος, *Od.* I. 339.] Ut nimia feritas odioſa eſt, ſic nimis facilis humanitas & benevolentia ſuſpecta viris prudentibus eſſe ſolet, ubi maxime de vitæ periculo agitur. Res melius ex hoc loco Homerico apparebit. Eurylochus igitur, cum aliâs regionum illarum inhoſpitalitatem & crudelitàtem obſervaſſet, non cenſuit ullo modo nunc Circæ fidendum eſſe. Quanquam enim illa perhumaniter (ut videbatur) eum cum reliquis ſociis exciperet: tamen perſuaderi ſibi non potuit, aliquid doli ſub hac tanta facilitate non latere, quaſi ea ipſi ad exitium aſtute allicerentur, diverſo crudelitatis modo a præcedentibus. Itaque prudenter dicitur huic Circæ ſeſe temere non crediſſe, exitusque eum plane non fefellit: qui forſan non fuit talis, qualem ille præſagiebat, ſed neque longe minor. Cur autem illi hæc proclivitas Circæ ſuſpecta fuerit, hæc videtur eſſe cauſſa: quod nullo modo eos percunctaretur, quinam eſſent? unde profecti huc advenirent? aut quem in finem? quod ab iis fieri alioqui ſolitum eſt, qui extraneos & peregrinos hoſpites excipiebant. SPOND.

V. 233.

Εἷσεν δ' εἰσαγαγοῦσα κατὰ κλισμούς τε, θρόνους τε, Collocavit *vel* ſedere fecit autem eos, poſtquam introduxerat eos, in ſellasque recubitorias, thronosque. Vide ad *Od.* A. 145. & 132.

V. 234.

Ἐν — ἐκύκα, *pro* ἐνεκύκα, de Circe, potionem faciente commixtam. V. ἐγκυκάω, immiſceo. ex ἐν & κυκάω, commiſceo.

Ἐν δέ σφιν τυρόν τε καὶ ἄλφιτα καὶ μέλι χλωρὸν Οἴνῳ Πραμνείῳ ἐκύκα, Ipſisque caſeumque recentem & farinam & mel recens Vino Pramnio (auſtero) commiſcebat: quæ commixta offa vocatur σῖτος, cibus.

Τυρὸς, *Od.* I. 219. ἄλφιτον, *Od.* B. 355. & 290.

Μέλι χλωρὸν, mel recens, cujus etiam color eſt ſubpallidus. ita *Il.* Λ. 630. χλωρὸς μοχλὸς, *Od.* I. 379.

v. 235.

Πράμνειος, *vini* Epith. *Il.* Λ. 638.

Ἀνέμισγε δὲ σίτῳ φάρμακα, admiſcebatque cibo Pharmaca.

v. 236.

Φάρμακα λύγρ᾽, (*pro* λυγρά,) traurige, ſchädliche Mittel.

Ἵνα πάγχυ λαθοίατο (*pro* λάθοιντο) πατρίδος αἴης, ut prorſus oblviſcerentur patriæ.

v. 238.

Ῥάβδῳ πεπληγυῖα, Virgula percutiens eos: de Circe, quæ baculo ſuo tangit ſocios Ulyſſis, eosque mutat.

Συφεὸς, οῦ, ὁ, ſuile, hara. a σῦς, υὸς, ὁ, ἡ, ſus.

Κατείργνυμι, concludo, includo.

Κατὰ συφεοῖσιν ἐέργνυ, *pro* κατεέργνυ, haris includebat.

v. 239.

Οἱ δὲ συῶν μὲν ἔχον κεφαλὰς, φωνήν τε, δέμας τε, Καὶ τρίχας, ſocii Ulyſſis a Circe mutati: Illi vero ſuum quidem habebant capita, vocemque, corpusque, Et ſetas.

v. 240.

Αὐτὰρ νοῦς ἦν ἔμπεδος, ὡς τοπάρος περ, at mens erat integra, ut antea.

v. 241.

Ὣς οἱ μὲν κλαίοντες ἐέρχατο, (pro εἵρχντο, plusq. perf. Paſſ. *Jonice*,) Sic hi quidem flentes incluſi erant *vel* includebantur, in ſtabula *ſcil.*

v. 242.

Πάρ — ἔβαλεν, *i. e.* παρέθηκε, appoſuit. παρά — βάλεν, *Il.* E. 369.

Ἄκυλος, ου, ὁ, eſt ὁ τῆς πρίνου (ilicis) καρπὸς, glandis ſpecies: èſtque ab ὁ ἄκολος, *Æolice* mutato ο in υ, differentiæ cauſa; nam eſt buccella pecoribus grata, imo &, ſi fides antiquitati, primis hominibus.

Βάλανος, ου, ἡ, glans, eine Eichel. Notat tamen & omnes ejusmodi fructus, qui tali putamine ſunt veſtiti, quale glandes habent. Sunt ergo *βάλανοι* non tantum *δρυῶν* fructus, quamquam hi proprie ſic dicantur; ſed & *φοινίκων*, die Datteln. & *βάλανοι Διὸς* ſunt *τα κάςανα*, Caſtanien. de glandibus quercuum & fagorum eſt *h. l.* ubi porcorum eſt cibus. a *βάλλω*.

Κρανεια, *Il.* Π. 767.

v. 243.

Χαμαιευνὰς, άδος, ἡ, humi cubans. Epith. *ſuum.* a *χαμαιεύνης, ου, ὁ*, *Il.* Π. 235.

v. 230 — 243.

Circe hæc celeberrima fuit meretrix, & ut ridicula ac corrupta erat Ethnicorum religio, divinitate poſt mortem donata eſt, templumque illi excitatum, quemadmodum Thaidi, Floræ, permultisque aliis hujusmodi inquinatiſſimis peſtibus. Quid vero de *virtute* ſentiendum, qua pollere dicta eſt a Poëta, *homines in belluas convertendi?* *Joannes* quidem *Spondanus* multus in hac diſputatione eſt, utrum verum ſit, an fabuloſum, potuiſſe Circen, aliasque veneficas, homines in animalia permutare. Multa affert ad eam ſententiam confirmandam, quæ veram aſſerit prodigioſam illam permutationem, ac præter rationes, quas ſubtiliter expiſcatur, auctoritatem pro ſe facere credit *Auguſtini*, *Petri Damiani*, *Thomæ*, aliorumque Scriptorum graviſſimorum. Sed cum mihi hæc ſententia non ſedeat, quod ad pleraque, quæ *Spondanus* affert, admittenda ſim durior, potius exiſtimem, figurato ſenſu Poëtam eſſe locutum, idque tantum docere voluiſſe, quod turpis illa corporum voluptas de gradu ſuæ dignitatis homines deturbet, & probroſam quaſi belluarum conditionem ſubire cogat. Fingit vero admodum concinne ac ſapienter, animalia illa, in quæ homines tranſierant, ſive leones, ſive urſi eſſent, nativæ feritatis oblita, mirum in modum miteſcere, quod ſcilicet voluptas feras etiam deliniat & domet. (Vide ad *v.* 212. *ſqq.*) Quod ut Veteres exprimerent, Cupidinem, ferarum domitorem, variis in gemmis ſcalpſerunt, quarum unam longe pulcherrimam *Plotarchi* Opus in altero

Florentini Muſei Volumine videre licet, in qua aliger ille puerulus, ut doctiſſimus interpres exponit, abjecto arcu & ſagittis, inſidens leoni, immani rictu & jubis ſuperbienti, ſolo citharæ cantu, e ſævo ac feroci mitiſſimum ſibique familiarem reddit.

Sed jam *medicatum pabulum*, quo Circe vertebat homines in belluas, animadvertite, in eoque *voluptatem* a Vate ſignificatam, nequaquam ambigite.

Non prætereundum, quod epoto cyatho miſeros illos venefica *percuteret virga*. Quod liquet ad imaginem Moſaicæ virgæ eſſe confictum, cujus certe fama Græcos non latuit, utpote quæ tam nova atque inſolita ederet miracula. Sed & *Mercurii caduceum* virgæ illius ſimilitudine effinxerunt Ethnici, cujus mirificam vim pluribus in locis deſcripſit noſter *Homerus*, & ex Homero *Virgilius*, (Æneid. IV.)

Tum virgam capit; hac animas ille evocat Orco
Pallentes; alias ſub triſtia Tartara mittit,
Dat ſomnos, adimitque, & lumina morte reſignat.

RICC. *Diſſ. Hom. Tom. III. Diſſ. LIV. de Circe.* Vide etiam de eadem *incerti Scriptoris Græci Fab. aliquot Hom. de Ulixis erroribus &c. Cap. V.*

v. 245.

Ἀγγελίην ἐτάρων ἐρέων, Relationem de ſociis nunciaturus.

Καὶ ἀδευκέα πότμον, & inopinatum acerbumque fatum eorum: quod mutati ſint in porcos. ἀλεείνω φῆμιν ἀδευκέα, *Od.* Ζ. 273.

v. 246.

Ἔκφημι, eloquor.

Οὐδέ τι ἐκφάσθαι δύνατο ἔπος, Nec ullum verbum proloqui poterat, præ anxietate animi, **er konnte kein Wort heraus bringen.**

Ἱέμενός περ, cupiens quidem valde, incitatus.

v. 247.

Κῆρ ἄχεϊ μεγάλῳ βεβολημένος, Cor magno dolore ſaucius. πένθεϊ δ' ἀτλήτῳ βεβολήατο (*Jon.* pro βεβόληντο) πάντες ἄριστοι, omnes principes luctu intolerando ſaucii quaſi erant, *Il.* I. 3.

Ἐν

Ἐν δέ οἱ ὄσσε Δακρυόφιν πίμπλαντο, *pro* ἐνεπίμπλαντο δακρύων, ei autem oculi Lacrymis replebantur. ἐμπίπληθι ῥέεθρα ὕδατος, imple fluenta tua aquis, *Il.* Φ. 311.

v. 248.

Ὠϊόμην, putabam, animo ſiſtebam, imaginabar. imperf. Med. v. ὄιω, & οἰέω, puto, exiſtimo, credo, arbitror, auguror.

Γόον δ' ὠΐετο θυμὸς, luctumque præſagiebat animus noſter, quem iſte nuntius ferret: νόμισεν εἰδέναι καὶ ἐφάνταζε θρήνου δήλωσιν.

v. 249.

Ὅτε δή μιν πάντες ἀγασσάμεθ' ἐξερέοντες, Cum nos omnes, percontantes eum, indignabamur, *ſc.* quod moram faceret narrandi, ἐμεμψάμεθα. wir waren verdrießlich, daß er nur heule, und nicht lieber erzehle, was vor ein Uebel geſchehen ſeye. Vel eſt pro ἀγασάμενοι ἐξερέομεν, admirantes percontabamur.

v. 250.

Τῶν ἄλλων ἑτάρων κατέλεξεν ὄλεθρον, ceterorum ſociorum narravit interitum, *ſc.* quod mutati ſint in ſues. ergo non ſimpliciter notat θάνατον.

v. 251.

Ἤιομεν, ὡς ἐκέλευες, Iveramus, ut juſſeras.

Ἀνὰ δρυμὰ, ſupra *v.* 150. διὰ δρυμά.

Φαίδιμος, *Ulyſſis* Epith. nobilis, clarus.

v. 252. 253.

Supra *v.* 210. 211.

v. 254.

Λίγ' ἄειδεν, *pro* λίγα ἤειδεν, de Circe, inter texendum clara voce canente. Vide ſupra ad *v.* 221. *ſq.* & 227.

v. 255 — 258.

Supra *v.* 229 — 232

v. 259.

Ἀϊστόω, inviſibilem & ignoratum facio. deleo prorſus. ἄϊστον ποιέω, aufero e medio, ut deinde nec cognoſcatur nec ſciatur.

Οἱ δ' ἅμ' ἀϊστώθησαν ἀολλέες, Illi vero ſimul evanuerunt univerſi.

'Οὐδέ τις αὐτῶν 'Εξεφάνη, neque quisquam eorum redibat e domo in conſpectum.

v. 260.

Δηρὸν δὲ καθήμενος ἐσκοπίαζον, diu autem deſidens obſervabam, *ſc.* ſi quis eorum egreſſurus ſit domo: ich ſaß, und ſahe lang nach ihnen aus; quod addit narrans pavidus, non factum vere. ἄνδρας δυσμενέας σκοπιαζέμεν οἶος ἐπελθὼν διὰ νύκτα, hoſtes viſere & ſpeculari ſolus accedens noctu, *Il.* K. 40.

v. 261.

Περὶ μὲν ξίφος ἀργυρόηλον Ὤμοιϊν βαλόμην, gladium quidem argenteis clavis diſtinctum & ornatum Humeris circumjeci.

v. 263.

'Ηνώγεα, jubebam, dicebam, *Od.* I. 44.

'Αὐτὴν ὁδὸν ἡγήσασθαι, eandem viam præeundo monſtrare mihi.

v. 264.

'Αμφοτέρῃσι (pro ἀμφοτέραις, *ſc.* χερσὶ) λαβὼν ἐλλίσσετο γούνων, utraque *manu* prehenſis precabatur genubus.

v. 265.

Καί μ' ὀλοφυρόμενος — προσηύδα, Eurylochus deprecatur Ulyſſem, ne eat ad Circem, nec ſe una cum eo ducere velit, er redete mich ſehr beweglich an.

v. 266.

Μή μ' ἄγε κεῖσ' (κεῖσε) ἀέκοντα, Ne me duc illuc invitum.

Διοτρεφὲς, *Ulyſſis* Epith.

'Αλλά λίπ' (*pro* λίπε με) αὐτοῦ, ſed relinque me hic, ſondern laß mich hier.

v. 267.

Οὔτ' αὐτὸς ἐλεύσεαι, neque ipſe abibis inde & redibis, ἐπανέλθῃς.

Οὔτε τιν' ἄλλον Ἄξεις σῶν ἑτάρων, neque quenquam alium Reduces tuorum ſociorum, du wirſt auch keinen von den andern wieder bekommen.

v. 269.

Ἔτι γάρ κεν ἀλύξαιμεν κακὸν ἦμαρ, noch entgehen wir wohl dem Tod.

v. 273.

Κρατερὴ ἀνάγκη, dura neceſſitas & potens, ἡ κατὰ τὸ ἀκούσιον, der mächtige Zwang, *Il.* Z. 458.

Κρατερὴ δέ μοι ἔπλετ' ἀνάγκη, nam potens mihi eſt coactio, cui parendum eſt.

v. 274.

Παρὰ νηὸς ἀνήϊον, ἠδὲ θαλάσσης, a nave atque mari ſurſum ibam & progrediebar. ἀνήϊον ἐς περιωπὴν, ſupra *v.* 146.

v. 275.

Ὅτε δὴ ἄρ' ἔμελλον — ἴξεσθαι, cum igitur venturus eram.

Ἰὼν ἱερὰς ἀνὰ βήσσας, profectus per ſacra inculta: nam Circe habitabat in inculto, arboribus tantum & herbis conſito, ſolo. Vide ſupra ad *v.* 252.

v. 276.

Πολυφάρμακος, multa habens medicamina. *h. l.* Epith. *Circes.* ἰητροὶ πολυφάρμακοι, *Il.* Π. 28.

v. 277.

Ἑρμείας χρυσόρραπις, *Od.* E. 87.

Ἀντεβόλησεν, obvius venit, occurrit, obvius fuit.

v. 278.

Νεανίας, ου, ὁ, adoleſcens. νεηνίῃ (*Jonice*) ἀνδρὶ ἐοικὼς, juveni viro ſimilis.

v. 279.

Ὑπηνήτης, ου, ὁ, qui eſt medius inter puerum & virum, adoleſcens barbatulus, *Il.* Ω. 348.

Τοῦπερ χαριεστάτη ἥβη, cujus pulcerrima pubertas, *ibid.*

v. 280.

Ἔν τ' ἄρα μοι φῦ χειρὶ, Adhærebátque manu ſua dextra dextræ meæ, er wuchs gleichſam mit ſeiner Hand an mich an; ſo herzlich faſſete er mich mit der Hand. ita *Od.* B. 302. Θ. 291.

v. 281.

Πῇ δ' αὖτως — ἔρχεαι οἶος; Quo ſic — vadis ſolus?

Πῇ δ' αὖτως, δύστηνε, δι' ἄκριας ἔρχεαι οἶος, Quorſum tandem ſic, miſer! per juga vadis ſolus?

Δι' ἄκριας, per loca montana, per juga montana. Vid. ad *Od.* I. 400.

v. 282.

χῶρον ἀΐδρις ἐών, Regionis ignarus. ἀΐδρεϊ φωτὶ ἐοικώς, imperito viro ſimilis, *Il.* Γ. 219.

Ἕταροι δέ τοι οἵδ' ἐνὶ Κίρκης ἔρχαται, focii autem tui in domo Circes incluſi ſunt.

v. 283.

Ἔρχαται, *pro* καθειργμένοι εἰσί. Et hæc forma 3tiæ plur. perf. Paſſ. eſt pro εἴρχνται, *Jon.* mutato ν in α, & augmento omiſſo. ab εἴργω, includo. Vid. ad *Od.* I. 220.

Ὥστε σύες, πυκινοὺς κευθμῶνας ἔχοντες, ut ſues, bene occluſa & firma latibula habentes.

Κευθμών, ῶνος, ὁ, *idem quod* κευθμὸς, οῦ, ὁ, latebra, *Il.* N. 28.

v. 284.

Ἦ τοὺς λυσόμενος δεῦρ' ἔρχεαι; An illos liberaturus huc vadis?

v. 286.

Ἐκλύω, exſolvo.

Ἄγε δή σε κακῶν ἐκλύσομαι, inquit Mercurius ad Ulyſſem: age ſane, ex malis te liberum præſtabo; quaſi ea mala eſſent captivitatis vincula. *coll.* 284, 298.

v. 287.

Τῆ τόδε φάρμακον ἐσθλὸν, Vide ad *Od.* I. 347.

v. 288.

Ὅ κεν (φάρμακον) τοι κρατὸς ἀλαλκῄσιν κακὸν ἦμαρ, quod a te arcebit peſtem.

v. 289.

Πάντα δέ τοι ἐρέω ὀλοφώϊα δήνεα Κίρκης, Omnes autem tibi narrabo exitiabiles artes Circes. πάντα δέ τοι ἐρέω ὀλοφώϊα τοῖο γέροντος, omnia tibi narrabo terriculamenta iſtius ſenis: nam mutare ſe poteſt in terribilia, *Od.* Δ. 410. Ceterum vox ὀλοφώϊα *h. l.* fere ridendo profertur; videntur quidem ὀλοφώϊα, als Dinge, die einen freſſen wollten, als gefährliche Dinge, ſed non ſunt. ὅτε δή ῥ' ἀνίαζ' ὁ γέρων, ὀλοφώϊα εἰδώς, *ibid.* 460. ubi jocus magis apparet ex verbo ἀνιάζειν: cum dolore nimis afficeretur hic ſenex, terriculamentorum peritus; der ſich auf Popanz-machen verſtuhnd. Niſi malis ſimpliciter eo ſenſu intelligere, quod

uod potuerit Proteus ſe ipſe mutare in varia, & ſic uaſi perdere & deſtruere virum, *i. e.* ſe.

Ὀλοφώϊα δήνεα Κίρκης, perniciosa conſilia & meditata nachinamenta Circes. θυμὸς ἤπια δήνεα οἶδε, animus tu-is æqua conſilia novit, *Il.* Δ. 361.

v. 290.

Τεύξει τοι κυκεῶ, *per Apocop.* pro κυκεῶνα, Parabit tibi mixturam aliquam venenatam, *ſc.* Circe. κυκεῶν, *Il.* Λ. 623.

Βαλέει δ' ἐνὶ φάρμακα σίτῳ, *pro* ἐμβαλεῖ, addet, admiſcebit, medicamina cibo.

v. 291.

Ἀλλ' οὐδ' ὧς θέλξαι σε δυνήσεται, Sed ne ſic quidem incantare te poterit. θέλγει, *Od.* E. 47.

v. 293.

Ὁππότε κεν Κίρκη σ' ἐλάσῃ περιμήκεϊ ῥάβδῳ, Quando Circe te percutiet valde longa virga. λαβὼν περιμήκεα κοντὸν, *Od.* I. 487.

v. 294.

Ξίφος ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ, ſupra *v.* 126.

v. 295.

Κίρκῃ ἐπαΐξαι, auf ſie loszugehen, *ſcil.* memento: nam eſt infinit. pro imperat. ἐπαΐσσω, *Il.* B. 146.

Ὥστε κτάμεναι μενεαίνων, quaſi occidere propoſitum habens.

v. 296.

Ὑποδδείσασα, metuens te. ὑποδδείσας, *Od.* I. 377.

Σὲ κελήσεται εὐνηθῆναι, hortabitur, ut tu concumbas ſecum.

v. 297.

Ἔνθα σὺ μηκέτ' ἔπειτ' ἀπανήνασθαι θεοῦ εὐνήν, Ibi tu nequaquam recuſare velis Deæ cubile. ἀπανήνασθαι, (infinit. pro imperat.) recuſa. ἀπηνήναντο, recuſabant, *Il.* H. 185.

v. 298.

Ὄφρα κέ τοι λύσῃ ἑτάρους, Ut tibi liberos dimittat ſocios: quos Circe tenet captivos & mutatos.

Αὐτόν τε κομίσσῃ, teque ipſum benigne excipiat. κομίζομεν, ſupra *v.* 73.

v. 293 — 298.

Homerus Mercurium Ulyſſi præcipientem inducit, ut

 arreptum

arreptum gladium in triveneficam illam intendat, quia adverſus ſagarum incantationes ajunt nihil eſſe tutius animi confidentia & audacia.

Quod autem Mercurius addit conſilium, ut nempe, ubi in eam enſe irruerit, & pertimeſcentem aſpexerit, concubitum, quem ab eo petat, non renuat, lædit non parum pudicum lectorem. Sed id non Homeri crimini dandum, ſed vitioſæ doctrinæ morum inquinatæque Religioni gentis ſuæ. Viri enim cum fœmina concubitum nequaquam criminoſum habebant Ethnici, niſi quando adulterii ſcelus accederet, alienæque conjugi afferretur vitium. Itaque cum Mercurius Ulyſſem moneat, ut caute cogitateque cum Circe, ſoluta fœmina, commiſceatur, eumque in finem, ut ſibi benevolam faciat, ſocioſque ſolvat ferinis formis illigatos, conſilium valde bonum atque utile ex illis principiis ſuggerere videtur. Quod ſi Evangelii luce, quæ deinde ſingulari divini Numinis beneficio nobis affulſit, nefarium novimus omnem, quem legitimæ nuptiæ non permittant, concubitum, Chriſto potius agendæ gratiæ, qui nos de tenebris in admirabile lumen ſuum vocavit, quam Homero ſuccenſendum, qui bene ac laudabiliter in manca illa ac tenebricoſa ſapientia ſe geſſit. Quamobrem iniquior in hunc Vatem fuiſſe *Spondanus* dicendus eſt, dum illum graviter arguit objurgatque, quod Mercurium conſilium illud tradentem fecerit. Hanc profecto doctrinam, quam modo expoſuimus, ſecutus *Horatius* & ipſe Ethnicus, Ulyſſem vehementer laudat, quod ſobrie ac prudenter cum Circe coierit, non ſtulte effuſeque, ut ſocii:

Sirenum voces & Circes pocula noſti,
Quæ ſi cum ſociis ſtultus cupiduſque bibiſſet,
Sub domina meretrice fuiſſet turpis, & excors
Vixiſſet, canis immundus, vel amica luto ſus.

RICC. *Diſſ. LIV.*

v. 299.

'Αλλὰ κέλεσθαί (infin. pro imperat.) μιν — ὅρκον ὀμόσσαι, Sed jube, ut juret.

Μακάρων μέγαν ὅρκον ὀμόσσαι, per Deos jurare.

v. 300.

v. 300.

Μήτι τοι αὐτῷ πῆμα κακὸν βουλευσέμεν ἄλλο, Se nullum aliud contra te ipſum paraturam eſſe malum. Vide ad *Od.* E. 179.

v. 301.

Ἀπογυμνόω, *idem quod ſimplex* γυμνόω, nudo: denudo, vel totaliter, vel ex parte aliqua.

Μή σ' ἀπογυμνωθέντα κακὸν καὶ ἀνήνορα θείη, Ne te armis nudatum ignavum (unedel) & non virilem faciat.

Ἀνήνωρ, ορος, ὁ, ἡ, eſt ἄνανδρος, non virilis, unmännlich: & eſt oppoſitum τοῦ ἀγήνορος.

v. 303

Ἐκ γαίης ἐρύσας, Ex terra extrahens eam herbam cum radice.

v. 304.

Ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε, Radice quidem nigrum erat id φάρμακον, von ſchwarzer oder dunkelrother Wurzel.

Γάλακτι δὲ εἴκελον ἄνθος, flos autem cum caule ſimilis lacti colore.

v. 305.

Μῶλυ, υος, τὸ, herbæ ſpecies, quam Mercurius monſtrat Ulyſſi ad cavendas incantationes Circes. Signat τὴν παιδείαν. ὡς ἐκ μώλου, *i. e.* κακοπαθείας, περιγινομένην, wann man durch mancherley Leiden gewitziget iſt, und eine nutzbare Gelehrſamkeit ſich erworben hat. Radix ejus eſt nigra, *i. e.* dum diſcimus, occulta ſunt multa, & exitus nondum patet, & multa ſunt nobis moleſta, &c. Flos ejus eſt lacteus, διὰ τὴν τοῦ τέλους φαιδρότητα καὶ λαμπρότητα, καὶ τὸ ἡδὺ καὶ τρόφιμον. Sanæ rationis uſus & diſtincta cognitio docent nos utiliter, & ejusmodi diſciplina eſt ἀγαθὸν θεόσδοτον. Mercurius id monſtrat ante pedes, *i. e.* qui ratione uti vult, ex omni occaſione poteſt diſcere & doctior fieri. Circe eſt voluptas ex guſtu & tactu: hac fruitur ſapiens, ſed ſic, ne ipſe obbruteſcat. Alii hoc nomen derivant a μωλύειν, *i. e.* ἀφανίζειν, ἀμβλύνειν, τὰ φάρμακα, venena, *i. e.* κακά.

RICC. *Diſſ. LIV.* Locum hunc Homericum de *Moly* (ſic enim vocat antidotum a Mercurio Ulyſſi præbitum) expreſſit *Ovidius* (*Metamorph. XIV.*) Itaque quid melius facere

facere poſſim, quam ejus carmina elegantiſſima loco enarrationis afferre?

Pacifer huic dederat florem Cyllenius album,
Moly vocant Superi, nigra radice tenetur.
Tutus eo, monitisque ſimul cœleſtibus intrat
Ille domum Circes, & ad inſidioſa vocatus
Pocula, conantem virga mulcere capillos
Repulit, & ſtricto pavidam deterruit enſe.
Inde fides, dextræque datæ, thalamoque receptus
Conjugii dotem ſociorum corpora poſcit.

Radicem illam in Ægypto naſci ferunt, cujus virtutem putat *Spondanus* intellexiſſe Homerum ab Ægyptiis, apud quos diu commoratus, factus ſit doctior. Narratque idem *Spondanus*, ipſum Homericum *Moly* a *Melchiore Guillandino*, qui medicinam Patavii faciebat, inter ſua cariſſima cimelia reconditum, & accuratiſſime ſervatum. Equidem ſuperſtitioſam atque inanem cenſeo *Moly* hujus facultatem, quam Ægyptii jactabant; eam tamen ex eis acceptam Homerus huic loco optime accommodavit. ——

Etſi obſervavimus, tanquam amuletum adverſus ſagæ incantationes efficax, juxta Ægyptiorum doctrinam, ab Homero proponi, putamus tamen, alio reſpexiſſe ſapientiſſimum Vatem, & ſub extimo fabulæ cortice bonam utiliſſimi documenti latere medullam. Hæc igitur enucleanda. Μῶλυ ἡ παιδεία, ſapientiſſimus ait interpres *Euſtathius*, i. e. *Moly eruditio*, ſive *litteræ:* &c.

Μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί· — —

Vide LAKEM. *Obſervat. Philol. P. III. Obſ. IV. de lingua Deorum, Homero celebrata.*

— — — χαλεπὸν δὲ τ' ὀρύσσειν
Ἀνδράσι γε θνητοῖσι. — — —

— — — difficile vero *eſt* effodere *e terra hanc plantam*
Hominibus. — — — —

Car l'homme par ſes ſeules forces ne peut parvenir à la ſageſſe; il faut qu'il la reçoive de Dieu, ſans lui tous ſes efforts ſont inutiles: c'eſt ce que *Platon* a fort bien fait voir. *Si Dieu le veut*, dit Socrate a Theages, *vous ferez*

ſerez de grands progrès dans l'étude de la ſageſſe : mais s'il ne le veut pas, vous travaillerez en vain. DAC.

v. 306.

— — — Θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται.

— — — *Dii autem omnia poſſunt.*]

Πάντα δ' εὐπετῆ Θεοῖς. *Euripid. Phœniſſ. v.* 696. Μοῦνοι δὲ Θεοὶ ῥέα πάντα δύνανται. *Dionyſ.* Περιήγησις, *v.* 1169. Ῥᾴδια πάντα Θεῷ τελέσαι, καὶ ἀνήνυτον οὐδέν. *Linus apud Stobæum, Florileg.* §. *III.* Facile eſt omnia poſſe Deo. *Ovid. Art. amator. I.* 562. CLARK. *Odyſſ.* Δ. 237. Ζεὺς — δύναται — ἅπαντα. Vide WOLF. *Cur. Philol. in Luc. I.* 37. Ὅτι οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ Θεῷ πᾶν ῥῆμα. nec non *in Matth. XIX.* 26. παρὰ Θεῷ πάντα δυνατά ἐστι. & in eundem locum *Biblioth. Brem. Nova*, *p.* 267. *ſq.* item TOB. PFANNERI *Syſt. Theol. Gentil. Cap. II.* §. *XXVII.*

v. 308.

Νῆσον ἀν' ὑλήεσσαν, vide ad *Od.* I. 118.

v. 309.

Ἤια, Ivi.

Πολλὰ δέ μοι κραδίη πόρφυρε κιόντι, multum vero mihi cor agitabat cogitando vadenti, *i. e.* βαθέως διελογίζετο, ἐκυμαίνετο διαλογισμοῖς, mein Herz war unruhig in mir, wurde hin und her getrieben, ἐταράττετο. ita *Od.* Δ. 427. & 572. ὅτε πορφύρῃ πέλαγος κύματι, quando commiſcetur & nigreſcit pelagus undis, μελαίνεται καὶ κινεῖται. *Il.* Ξ. 16. Hinc dicitur κῦμα πορφύρεον, θάνατος πορφύρεος. Vide etiam ad *Il.* Φ. 551.

v. 310.

Ἔστην δ' ἐνὶ θύρῃσι Θεᾶς —, Steti autem ad januam Deæ —. ſupra *v.* 220.

v. 315.

Δαιδαλέος, *Od.* A. 131.

Ὑπὸ δὲ θρῆνυς ποσὶν ἦεν, ſcabellum vero ſuberat pedibus. ita *Od.* A. 131.

v. 316.

Τεῦχε δέ μοι κυκεῶ (ἐν) χρυσέῳ δέπαϊ, (*pro* δέπαϊ,) Vide ad *v.* 290.

v. 317.

Ἐν δέ τε φάρμακον ἧκε, Injecitque medicamen in potum.

v. 318.

v. 318.

Οὐδέ μ' ἔθελξεν, neque me incantavit.

v. 319.

Ῥάβδῳ πεπληγυῖα, *v.* 238.

v. 320.

Ἔρχεο νῦν συφεόνδε, Abi nunc in haram.

Μετ' ἄλλων λέξο ἑταίρων, cuba cum aliis ſociis tuis: inquit Circe ad Ulyſſem, quem putabat ſtatim mutatum iri in porcum, ſicut ſocii ejus, quos præmiſerat, mutati fuerant, contacti virga divina & epoto poculo magico. Vitioſe hîc quidam libri habent, λέξον, quaſi eſſet aor. 1. imper. Act. Melius alii in Medio legunt λέξαι, lege dich, εὐνάσθητι, quod poſſit & intelligi, ἀριθμήθητι, numerator. ἐκτὸς μὲν δὴ λέξο, γέρον φίλε, extra meum cubiculum cuba ſane, ſenex care. Et hæc forma eſt imperativi præſentis Medii, pro λέγεσο, *per Sync.* & mutato tunc γε in ξ. ut notet, κοιμήθητι, *Il.* Ω. 650.

v. 321. 322.

Vide ſupra *v.* 294. 295.

Ἄορ, *Od.* Θ. 403.

v. 323.

Ἡ δὲ μέγα ἰάχουσα ὑπέδραμε, καὶ λάβε γούνων, Circe territa. ὁ δὲ ὑπέδραμε, καὶ λάβε γούνων, ille proclinato corpore ſubter telum contra ſe intentatum accurrit, & prehendit ſupplex genua adverſarii, *Il.* Φ. 68. ὑποδραμών, ſub curro.

Ἰάχω. Vide ad *Od.* I. 392.

v. 324.

Καί μ' ὀλοφυρομένη — προσηύδα, voll inniger Bewegung redete ſie mich erſchrocken an.

v. 325.

Τίς; πόθεν εἰς ἀνδρῶν; Quis? unde gentium es? ita *Od.* A. 170. H. 238.

v. 326.

Θαῦμά μ' ἔχει; Miror valde.

Ὡς οὔτι, πιὼν τάδε φάρμακ' ἐθέλχθης; Quod nequaquam, cum biberis hæc medicamina, incantatus ſis. *i. e.* τοῦ κατὰ φύσιν μεθίστης. Notat enim *h. l.* ἀποθηρίωσιν, mutationem in beſtiam, quam non paſſus eſt Ulyſſes.

v. 327.

V. 327.

Οὐδὲ γάρ ὐδέ τις ἄλλος ἀνὴρ τάδε φάρμακ᾽ ἀνέτλη, Nemo enim alius medicamina iſta ferre, iisque reſiſtere potuit, hat vertragen können. & hæc duplicatio eſt Attica.

Ἀνέτλη. οἴζυος, ἣν ἀνέτλημεν, *Od.* Γ. 104.

V. 328.

Ὅς κε πίῃ, καὶ πρῶτον ἀμείψεται ἕρκος ὀδόντων. Ellipſis ſic eſt ſupplenda: ὃ τὸ ἕρκος ὀδόντων ἀμείψεται τὸ φάρμακον, & eſt περίφρασις τῦ πίῃ, per σχῆμα πρωθυςέρυ, cum quod prius natura eſt, τὸ tranſire per ſeptum dentium, poſterius ponitur. πρῶτον vero eſt adverbium. Cujus ſeptum dentium primum tranſierit hoc medicamen. τῦ γὰρ πιεῖν προτερεύει τὸ, ἀμείβεσθαι ἕρκος ὀδόντων. Simul indicativus *Jonice* poſitus pro conjunctivo ἀμείψηται, *i. e.* παρέλθῃ. Ergo hoc ἀμείβεσθαι ἕρκος ὀδόντων eſt aliud, ac *in Iliade*: nam hîc non eſt ἐκ τῶν ἔσω ἔξω, ſed ἐκ τῶν ἔξω εἰς τὰ ἔσω ἰέναι.

V. 329.

Ἀκήλητος, ῦ, ὁ, ἡ, qui non flectitur ſuavitatibus, cujus animus non frangitur & inclinatur voluptate aliqua. firmus adverſus oblectationes. ex α priv. & κηλέω, aures oblecto ſonora aliqua dulcedine, delinio animum auditus ſuavitate. *deinde in genere*, demulceo, delinio, oblecto, delecto.

Σοὶ δέ τις ἐν ςήθεσσιν ἀκήλητος νόος ἐςίν, inquit Circe ad Ulyſſem, cum hic bibiſſet poculum illud ſuaviſſimum, nec mutaretur ullo modo: ἀπαθὴς, ἄθελκτος, ἀκατάκλαςος.

V. 330.

Ἦ σύ γ᾽ Ὀδυσσεύς ἐσσι πολύτροπος, hîc contextus maxime indicat, de animi & ingenii verſutia & ſolertia varia celerique nomen hoc poni. ἄνδρα πολύτροπον, *Od.* Α. 1. ubi maxime fortunæ & caſuum varietas innuitur.

V. 331.

Χρυσόῤῥαπις, *v.* 277.

V. 333.

Ἀλλ᾽ ἄγε δὴ κολεῷ μὲν ἄορ θέο, *pro* ἔνθεο, Sed age nunc intrude gladium in vaginam, inſere gladium vaginæ.

Κολεὸς, *Od.* Θ. 404.

V. 334.

v. 334.

Ἐυνῆς ἡμετέρης ἐπιβήομεν, Cubile noſtrum conſcendamus. Ὄφρα μιγέντε Ἐυνῇ καὶ φιλότητι, Vide ad *Od.* Ε. 126.

v. 335.

Πεποίθομεν (*Jon.* pro πεποίθωμεν) ἀλλήλοισιν, fidamus alter alteri, *vel* nobis invicem.

v. 337.

Πῶς γάρ με κέλῃ σοι ἤπιον εἶναι; quomodo hortari me poſſis, ut ſim tibi addictus & obſequens? & ſic dicit Ulyſſes ad Circen, invitantem ſe ad concubitum.] Vide ſupra ad *v.* 174. & 190. CLARK.

v. 338.

Ἥ μοι, σῦς μὲν ἔθηκας — ἑταίρους, Quæ mihi mutaſti in porcos — ſocios.

v. 339.

Ἔχουσα, detinens.

Δολοφρονέουσα, callide & occulte cogitans, Circe. Δολοφρονέουσα Venus perſonata adit Helenam, *Il.* Β. 405.

v. 341.

Ὄφρα με γυμνωθέντα, κακὸν καὶ ἀνήνορα θείης, Ut me, armis ſpoliatum, (depoſitis armis meis,) neſcio quem turpem & non hominem facere poſſis: inquit Ulyſſes ad Circen ſuadentem, ut lectum conſcenderet ſecum. Vide ſupra ad *v.* 301.

v. 342.

Ὀυδ᾽ ἂν ἔγωγ᾽ ἐθέλοιμι] Optime Ulyſſes ſibi cavet, cum temere in manus & poteſtatem Circes non ſe dedit ex præcepto ἀπιστίας, qua prohibemur amicitiæ fuco aut ſpeciei ſimpliciter fidere, ubi tibi potiſſimum cum perfidis eſt negotium, quorum improbitatem aut in te aut in aliis expertam tenes. Non ergo ſtatim deliciis & blanditiis Circes delinitur, ut ſe exarmatum illi tradat, veritus, ne aliquid doli ipſi illa ſub hoc benevolentiæ prætextu machinetur. Itaque prius ſanctiſſimo juramento ab ipſa caveri vult. Qua ratione ſibi etiam apud Calypſo *Lib. V. ſupra* providebat. SPOND.

v. 343. 344.

Od. Ε. 178. 179. Vide etiam ſupra ad *v.* 299. 300.

v. 345.

v. 345.

Ἡ δ' αὐτίκ' ἀπώμνυεν, illa vero ſtatim cum jurejurando negavit. Vide ad *Od.* B. 377.

v. 346.

Ἀμφίπολοι δ' ἄρα κεδναὶ, in domo Circes. Vide ad *Od.* A. 335.

v. 349.

Δρήστειρα, ας, ἡ, famula, miniſtra, quæ opus facit. a δρηστὴρ, ῆρος, ὁ, miniſter, qui opus facit, θεράπων, ὑπουργός. quod a δράω, facio opus, ago, miniſtro ſtrenue.

Αἱ οἱ δῶμα κάτα δρήστειραι ἔασι, quæ ei in domo erant operariæ.

v. 350.

Γίνονται δ' ἄρα ταί γ' ἔκ τε κρηνέων, (*pro* κρηνῶν,) Naſcuntur vero hæ ex fontibus: & paraphraſis antiqua hujus loci ſic habet: γένεσις δὲ τούτων οὐχ ὥσπερ ἡ ἀνθρώπων ἐστὶν, ἡ δι' ἀλλήλων· ἀλλὰ ποταμοὶ, καὶ ἄλση, καὶ πηγαὶ, ἐκείνας φύουσιν.

Ἄλσος, *Od.* I. 200.

v. 352.

Ἔβαλλε θρόνοις ἔνι ῥήγεα, injecit ſedilibus ſtragula tincta.

v. 353.

Πορφύρεα καθύπερθ', Purpurea ſuperne inſtravit.

Ὑπένερθε δὲ λῖθ' (*pro* λῖτα) ὑπέβαλλεν, ſed infra ſubjiciebat illis ſtragulis lintea, quæ ſine dubio aliud molle quid ſub ſe habebant. ὑπέβαλλεν, i. e. ὑπετίθει, ſuppoſuit, ſie legte drunter. *Metaph.* notat ὑποβάλλειν &, loquentem interpellare. οὐδὲ ἔοικεν ὑββάλλειν, pro ὑποβάλλειν, neque convenit interpellare, *Il.* T. 80. Λῖς, *Od.* A. 130.

v. 354.

Προπάροιθε θρόνων ἐτίταινε τραπέζας, ante ſellas extendebat menſas: & verbum indicat, fuiſſe τὰς τραπέζας μὴ στρογγύλας, ἀλλὰ προμήκεις, non rotundas, ſed quadratas oblongas. τιταινομένω πτερύγεσσιν, ambæ aquilæ extendentes ſe alis: & quidem ſic, ut alas non motitarent, ſed extenſis alis leniter ferrentur ab aëre, *Od.* B. 149.

v. 355.

Ἐπὶ δέ σφι τίθει χρύσεια κάνεια, eisque imponebat auratas

ratas lances *vel* patinas. in domo Circes, ubi menſæ erant argenteæ, patinæ aureæ.

Κάνειον, idem quod κάνεον, *Od.* Θ. 69.

v. 356.

Μελίφρονα οἶνον ἐκίρνα, *Od.* Η. 182.

v. 359.

Ἰαίνετο δ' ὕδωρ, calefiebat autem aqua, ἐθερμαίνετο, ἐχλιαίνετο. Sed plus eſt ἔζεσεν, coquebatur, fervebat. ἀμφὶ δέ οἱ πυρὶ χαλκὸν ἰήνατε, *Od.* Θ. 426.

v. 360.

Ἐπειδὴ ζέσσεν (ἔζεσε) ὕδωρ ἐνὶ - χαλκῷ, cum ferveret aqua in æneo vaſe. ſic *Il.* Σ. 349.

Ἦνοψ, οπος, ὁ, ἡ, politus admodum, ut nos nobis oſtendat, λαμπρὸς, διαυγής. δι' ὃ ἐςιν ἐνοπτρίζεσθαι, darinn man ſich ſpiegeln kan. ab ἐνόπτω. Epith. χαλκοῦ politi apte. λίνῳ καὶ ἤνοπι χαλκῷ, *Il.* Π. 408. ubi de piſcatione per hamum ſermo eſt.

v. 361.

Ἐς ῥ' ἀσάμινθον ἔσασα, Cum ipſa ſedere juſſiſſet me in labro. ἐς ῥ' ἀσάμινθον βάνθ', *Od.* Θ. 450.

Λό' (*pro* ἔλοε,) ἐκ τρίποδος μεγάλοιο, lavabat me, ex tripode magno hauſta aqua calida. ὄφρα λοεσσάμενος — *Od.* Θ. 427.

v. 362.

Θυμήρης, εος, ὁ, ἡ, animo conveniens, appetitui congruens & gratus. opponitur τῷ θυμοφθόρῳ· ἀρέσκων τῷ θυμῷ. ex θυμὸς, & ἄρω, apto, conjungo: congruo, convenio.

Θυμῆρες κεράσασα, Gratum & animo aptum infundens, Sic miſcens aquam calidam & frigidam, ut voluptate afficeret me lavatio. aquam ſic calidam, ne offenderet lavantem. Et quia Recentiores crediderunt, aquam fervidam nonniſi affuſa frigida ſic temperari poſſe: hinc ſumſere notionem miſcendi & temperandi, affuſo quo alio. κερόωντό τε οἶνον, *Od.* Θ. 470.

v. 363.

Ὄφρα μοι ἐκ κάματον θυμοφθόρον εἵλετο γυίων, *pro* ἐξείλετο, Donec mihi exemit membris laſſitudinem conficientem animum, *vel* Ut mihi eximeret laſſitudinem —.

Κάματον θυμοφθόρον, defatigationem noxiam vitæ. Cui opponitur θυμήρης, vitæ aptus & recreationi. Φάρμακα θυμοφθόρα, venena interimentia, *Od.* Β. 329. ἄχος θυμοφθόρον, luctus abſumens vitam, Herz-freſſende Traurigkeit, *Od.* Δ. 716.

v. 364.

Ἐπεὶ λοῦσέν τε, καὶ ἔχρισεν λίπ' ἐλαίῳ, *ſc.* ἐμὲ, de miniſtra Circes, lavante Ulyſſem.

v. 365 — 372.

Od. Η. 172 — 176.

v. 373.

Ἐμῷ δ' οὐχ ἥνδανε θυμῷ, meo autem non placebat animo.

v. 374.

Ἥμην ἀλλοφρονέων, ſedebam alia cogitans: abſentia alia ſpectans animo, nimirum adverſa metuens in his ſuavibus, ich ſaß voll nachdenkens, und war nicht gegenwärtigen Gemüths. In malo ſenſu eſt *Il.* Ψ. 698. ἀλλοφρονέοντα, non apud ſe exſiſtentem præ doloribus & acceptis verberibus: nam de pugili cæſtibus victo eſt ſermo. Apparet ergo, utrumque ſignificatum eſſe eundem, ſi quis peregrinatur quaſi mente, nec apud ſe ipſe eſt.

Κακὰ δ' ὄσσετο θυμός, animus mihi erat in adſpectu malorum occupatus, & ſuſpicabatur mala alia: ἐφαντάζετο κακά. de Ulyſſe apud Circem. Eſt hoc πάθος ἀνδρὸς φρονίμου, præſentibus ſuavibus tamen adverſi quid metuere, καὶ ἄλλα φρονεῖν παρὰ τὰ βλεπόμενα. Vide ad *Il.* Σ. 224. *Od.* Β. 152.] Voilà la ſageſſe & la prudence d'Ulyſſe, après tout ce que Circé fait pour lui plaire & pour le bien traiter; après le ferment qu'elle lui a fait, il eſt encore triſte, & ſon cœur ne lui préſage que des maux. Un homme ſage ne ſe croit jamais en ſûreté dans une maiſon comme celle de Circé. Et d'ailleurs ce preſſentiment, qui cauſoit ſa triſteſſe, n'étoit que trop fondé; car le commerce qu'Ulyſſe eut avec cette courtiſane fut très-malheureux pour lui, puiſqu'il en eut un fils nommé Telegonus, qui le tua ſans le connoitre. DAC.

v. 375.

Οὐδ' ἐπὶ σίτῳ χεῖρας ἰάλλοντα, neque cibo Manus injicientem.

v. 376.

Στυγερὸν δέ με πένθος ἔχοντα, horribilem autem me luctum habentem.

v. 378.

Τίπτε; quid tandem? propter quid tandem? διὰ τί ποτε; warum doch wohl? & patitur Syncopen extruſo ε, ut fiat τίπτε, & per Apoſtrophum, ſequente ſpiritu aſpero, τίφθ'.

Τίφθ' οὕτως — κατ' ἄρ' ἕζεαι ἶσος ἀναύδῳ; Quid tandem ſic — ſedes ſimilis muto. ἄναυδος, *Od.* Ε. 456.

v. 379.

Θυμὸν ἔδων, Animum abſumens, das Herz ſich abfreſſend.

Βρώμης δ' οὐχ ἅπτεαι, οὐδὲ ποτῆτος, greifeſt nicht zum eſſen und trinken, cibum & potum non attingis. βρώμη, ſupra *v.* 177.

v. 380.

Ἦ τινά πυ δόλον ἄλλον ὀΐεαι, Certe aliquem dolum alium ſuſpectas. ὀΐεαι, *Od.* Γ. 255.

Οὐδ' ἔτι σε χρὴ δειδίμεν, non te decet timere mali quid,] Puto, ſcribendum eſſe: Ὀΐεαι· οὐ δέ τί σε χρὴ δειδίμεν, *non autem te convenit quicquam timere, poſteaquam ſancte juravi.* Aliter enim ſenſus commodus non eſt. ERN. δειδίμεν, præt. infin. Med. *Jonica terminatione*, pro δεδιέναι. ita *Od.* Ι. 274.

v. 381.

Ἤδη γάρ τοι ἀπώμοσα καρτερὸν ὅρκον, Vide ſupra ad *v.* 345. ὤμοσα καρτερὸν ὅρκον, *Od.* Δ. 253.

v. 383.

Τίς γάρ κεν ἀνὴρ] *Ne me dolore affectum eſſe, neque comedere poſſe, mireris; Quis* ENIM *&c.* Vide & ſupra ad *v.* 190. CLARK.

Ὃς ἐναίσιμος εἴη, qui probus eſſet & intelligens.

v. 384.

Πρὶν τλαίη πάσσασθαι ἐδητύος, ἠδὲ ποτῆτος, Prius ſuſtineret edere & bibere.

v. 385.

v. 385.

Πρὶν λύσαιθ' ἑτάρους, καὶ ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι, Quam liberaret ſocios, & oculis videret.

v. 386.

Ἀλλ' εἰ δὴ πρόφρασσα πιεῖν, φαγέμεν τε κελεύεις, Sed ſi ſane ſerio & re vera bene cupiens jubes, ut bibam & edam. πρόφρασσα, *Od.* E. 161.

v. 387.

Ἐρίηρας ἑταίρους, *Od.* I. 555.

v. 389.

Συφειοῖς, pro συφεοῖς, ſupra *v.* 320.

v. 390.

Ἐκ δ' ἔλασεν σιάλοισιν ἐοικότας, de Circe, quæ expulit ex ſtabulo mutatos ſocios Ulyſſis.

Σίαλος, ου, ὁ, porcus ſaginatus, ein Maſt-Schwein, ὁ σιτευτὸς χοῖρος: nam vox eſt compoſita a σιτεῖσθαι ἅλις, frequenter nutritum eſſe. *Od.* B. 300.

Σιάλοισιν — ἐννεώροισιν. ἐννέωρος, ſupra *v.* 19.

v. 391.

Ἔστησαν ἐναντίοι, *i. e.* ἀντικρὺ τοῦ Ὀδυσσέως.

v. 392.

Προσαλείφω, adungo. προσάλειφεν ἑκάστῳ φάρμακον, adunxit cuique medicamen, ſchmierete ihm an.

v. 393.

Τῶν δ' ἐκ μὲν μελέων τρίχες ἔρρεον, Eorum autem ex membris pili defluebant: cum reſtituerentur in homines.

Ἃς πρὶν ἔφυσε φάρμακον οὐλόμενον, quos ante procreſcere fecerat Medicamen exitiale.

v. 394.

Φάρμακον οὐλόμενον, Medicamen noxium.

Πότνια Κίρκη, *Od.* Θ. 448.

v. 395.

Ἄνδρες δ' αἶψ' ἐγένοντο νεώτεροι, ἢ πάρος ἦσαν, κ. τ. λ. Hic eſt fructus τρυφῆς μετρίας: ſermo enim eſt de mutatis a Circe, & deinde reſtitutis in integrum.

v. 397.

Ἔφυν τ' ἐν χερσὶν ἕκαστος, & quiſque me arcte apprehendebat manu ſua: inhærebant mihi manibus ſuis apprehendentes dextram meam. Vide ſupra ad *v.* 280.

v. 398.

Πᾶσιν δ' ἱμερόεις ὑπέδυ γόος, Omnes autem cupidus invaſit luctus. ἱμερόεις, *Od.* A. 421.

v. 399.

Ἀμφικοναβίζω, circa ſono & reſono.

Ἀμφὶ δὲ δῶμα Σμερδαλέον κονάβιζε, *i. e.* ἤχει, gementibus & ejulantibus illis.

v. 400.

Δῖα Θεάων, præſtans & veneranda inter Deas, Circe. Vide ad *Od.* E. 78.

v. 401.

Πολυμήχανος, *Od.* A. 205.

v. 403.

Πάμπρωτον, omnium primum, vor allen Dingen, *Od.* Δ. 577.

Νῆα — ἐρύσσατε ἤπειρόνδε, Navem — ſubducite ad littus, trahite in ſiccum.

v. 404.

Ἐμπελάζω, intus admoveo, ich bringe hinein.

Κτήματα δ' ἐν σπήεσσι πελάσσατε, *pro* ἐμπελάσσατε, bringet die Güter in Hölen.

v. 405.

Αὐτὸς δ' ἂψ ἰέναι, καὶ ἄγειν ἐρίηρας ἑταίρους, infinit. pro imperat.

v. 406.

Αὐτὰρ ἐμοίγ' ἐπεπείθετο θυμὸς ἀγήνωρ, Mihique perſuaſus eſt animus alacer. *Od.* B. 103.

v. 409.

Οἰκτρὲ (*pro* οἰκτρά, neutrum adverbialiter,) ὀλοφυρομένης, ſic οἰκτρὰ ὀλοφυρομένη, quæ plorabat, ut omnes eam miſerarentur, die erbärmlich klagete, *Od.* Δ. 719.

Θαλερὸν κατὰ δάκρυ χέοντας, ſupra *v.* 201.

v. 410.

Ὡς δ' ὅταν ἄγραυλοι πόριες] Cette comparaiſon tirée de ce qu'il y a de plus doux dans la vie ruſtique, fait ici un très-bon effet, & fait paſſer agréablement d'un ton triſte à un ton plus guai. DAC.

Ἄγραυλος, *Il.* K. 155. Ψ. 684. Σ. 162.

Πόρτις, *Il.* E. 162.

Ἀγελαῖος,

'Αγελαῖος, *Il.* Λ. 728. Ψ. 846.

"Ολαν ἄγραυλοι πόρτιες περὶ βῦς ἀγελαίας — Πᾶσαι ἅμα σκαίρυσιν ἐναντίαι, Quando in villis ſtabulantes vitulæ circa vaccas armentales — Omnes ſimul ſaliunt obviæ.

v. 411.

'Ελθύσας ἐς κόπρον, Venientes ex paſcuo in ſtabulum, ἐις τὰ βυςάσια, auf den Vieh- und Miſt-Hof. καλακρύψας ὑπὸ κόπρῳ, *Od.* I. 329.

'Επὴν βολάνης κορέσωνται, poſtquam herbis ſatiatæ fuerint, ſi a paſcuo ſunt ſaturæ, *i. e.* μελὰ βόσκησιν. κορέσωνλαι, *Il.* X. 509.

v. 412.

Πᾶσαι (πόρτιες) ἅμα σκαίρυσιν ἐναντίαι, Omnes (vitulæ) ſimul ſaltitant obviæ matribus ſuis a paſtu redeuntibus. περὶ σκαίροντες, tripudiantes, *Il.* Σ. 572.

'Ουδ' ἔτι σηκοὶ "Ισχυσ'; neque amplius ſtabula Cohibent eas. περὶ σηκὺς, *Od.* I. 439.

v. 413.

'Αδινὸν μυκώμεναι, denſe *vel* multum mugientes, vitulæ. πύλαι ὑρανῦ μύκον, *i. e.* ἤχησαν καὶ ἀνεῴχθησαν, nam portæ in domo alta cum vi apertæ ſonum gravem edunt, *Il.* E. 749. ταῦρος, μακρὰ μεμυκὼς, *Il.* Σ. 580. μέγα μύκε θυρεὸς ἀκωκὴ ἀμφὶ σάκος, graviter mugiebat quaſi cuſpis haſtæ in clypeo, *Il.* Υ. 260.

'Αμφιθέω, circum curro. ἀμφιθέυσι μηλέρας, de vitulis.

v. 415.

Δακρυόεντες ἔχυνλο, *ſc.* περὶ ἐμὲ, Effundebantur mihi obviam lacrimabundi, præ gaudio triſtitiæ commixto: Effundebantur curſu, καλὰ σπυδὴν ἔδραμον, quaſi aqua de loco altiore decurrens.

Δακρυόεις, *Od.* Δ. 801.

Δόκησε δ' ἄρα σφίσι θυμὸς "Ως ἔμεν, (*pro* εἶναι,) ὡς ει—, ihnen dünkete ſo zu Muthe zu ſeyn, als wann ꝛc.

v. 416.

'Ως ἐς πατρίδ' ἱκοίατο; *pro* ἵκοινλο, quaſi in patriam veniſſent.

Τρηχείης 'Ιθάκης, Vid. ad *Od.* I. 27.

"Ινα τ' ἐτράφεν, ἠδ' ἐγένονλο, ubi educati & nati erant, wo ſie erzogen, und gebohren ſind. Vid. ad *Od.* Δ. 723.

V. 419.

Σοὶ μὲν νοστήσαντι — ὡς ἐχάρημεν, Ὡς εἴ τ' εἰς Ἰθάκην ἀφικοίμεθα πατρίδα γαῖαν, De te redeunte ſic lætamur, ac ſi rediiſſemus in patriam.

V. 421.

Τῶν ἄλλων ἑτάρων κατάλεξον ὄλεθρον, ceterorum ſociorum narra interitum. Vide ſupra ad v. 250.

V. 423.

Ἐρύσσομεν ἤπειρόνδε, ſubducemus in littus. Vid. ad v. 403.

V. 425.

Αὐτοὶ δ' ὀτρύνεσθε, vos autem feſtinate. ſic Od. H. 222.

V. 427.

Ἐπηετανὸν γὰρ ἔχουσιν, ſie haben alles voll auf. Metaphora ſumta eſt a perenni fluvio, ex quo hauritur omni tempore, nec unquam aqua omnino deficit. Vide ad Od. Θ. 232.

V. 429.

Ἐρυκάνω, idem quod ἐρύκω.

Ἐρύκανε πάντας ἑταίρους, morabatur mihi & retrahebat omnes ſocios.

V. 431.

Ἆ δειλοὶ, πόσ' ἴμεν; Ah miſeri, quo imus! inquit Eurylochus ad ſocios ſuos, miſerans ſuam eorumque fortunam. πόσε φεύγετε; Od. Z. 199.

Τί κακῶν ἱμείρετε τούτων; cur mala talia cupitis? ἱμειρόμενος ἰδέσθαι ἄλοχον, Od. E. 209.

V. 432.

Κίρκης ἐς μέγαρον καταβήμεναι, quaſi εἰς ᾅδου, διὰ τὸν ἐλπιζόμενον ὄλεθρον.

V. 433.

Ποιήσεται, faciet.

V. 434.

Ἀνάγκῃ, Od. E. 154.

V. 435.

Μέσαυλον, villa ruſtica cum ſuis ſtabulis, quæ cingunt aream pecuariam, der Vieh-Hof, Land-Hof. Il. Λ. 547. Ω. 29. ſigma ob metrum Jonice duplex.

V. 436.

Θρασὺς — Ὀδυσσεὺς, animoſus, fidens — Ulyſſes.

V. 437.

v. 437.

ϰ γὰρ καὶ κεῖνοι ἀτασθαλίησιν ὄλοντο, Hujus enim & illi ia inconſiderata perierunt. Vid. ad *Od.* A. 7.

v. 438.

ὐγε μετὰ φρεσὶ μερμήριξα, ποιεῖν τὸ, an id facien- mihi ſit. Vide ad *v.* 151.

v. 439.

υήκης, εος, ὁ, ἡ, *idem quod* τανυήκης, longam cu- n *vel* longam aciem habens. ex τανύω, & ἀκή, ῆς, ἡ, ; cujusvis rei aculeatæ, die Spitze.

κσσάμενος τανύηκες ἄορ παχέος παρὰ μηρῦ, Strin- longam aciem habentem gladium, ad femur pen- m.

v. 440.

οἱ ἀποτμήξας κεφαλὴν ὔδασδε πελάσσαι, Caput ejus, o defectum, in terram dejicere, terræ admovere: t ei reſecans ad ſolum dejicere, ihm den Kopf vor üſſe zu legen. πολλὰς δὲ κλιτῦς τότε ἀποτμήγουσι χαρά- torrentes reſcindunt tunc multos aggeres, *Il.* Π. μὴ λαιμὸν ἀποτμήξειε σιδήρῳ, ne guttur ipſe ſibi ab- eret, *Il.* Σ. 34. αὐτὸν λαῦ ἀποτμήξαντε, cum ambo interclusiſſent ab exercitu, da ſie ihn von ſeiner Ar- abgeſchnitten hatten, *Il.* K. 364. cui opponitur τὸ μι- , *v.* 365. χεῖρας ἀποτμήξας ξίφεϊ, cum amputaſſet ei is, *Il.* A. 146. μῦνον ἀποτμήξας πόλιος, ſolum inter- ens ab urbe, *Il.* X. 456.

v. 441.

πηῷ περ ἐόντι, Etſi affinis mihi, & quidem μάλα , nam Eurylochus in matrimonio habuerat ſoro- Ulyſſis. Quamvis proximo ei mihi affinitate. χεδὸν hic de cognatione ponitur.

ἰς, *Od.* Θ. 581.

v. 442.

ήτυον, *Od.* I. 493.

v. 443.

ϰ ἔρυσθαι, *Od.* I. 194.

v. 445.

ιῖν δ' ἡγεμόν' —, Nobis autem tu dux eſto viæ.

v. 446.

Παρὰ νηὸς ἀνήϊον ἠδὲ θαλάσσης, a nave & mari ſurſum ibant & progrediebantur. ſupra *v.* 274.

v. 447.

Λέλειπτο, remanebat.

v. 448.

Ἔδδεισεν γὰρ ἐμὴν ἔκπαγλον ἐνιπὴν, veritus enim eſt meam ſibi horribilem comminationem, timuit enim meam terrificam minitationem. ἔκπαγλος, *Od.* Θ. 77.

Ἐνιπὴ, *Od.* Ε. 446.

v. 450.

Ἐνδυκέως λοῦσέν τε, καὶ ἔχρισεν λίπ' ἐλαίῳ, Humaniter (ſehr freundlich) lavitque, & unxit nitide oleo. ἐνδυκέως, ſupra *v.* 65. Vide etiam ad *v.* 364.

v. 451.

Ἄρα] *Deinceps.*

Ἀμφὶ δ' ἄρα χλαίνας οὔλας βάλεν, ἠδὲ χιτῶνας. Vide ad *Od.* Δ. 50.

v. 453.

Ἐπεὶ ἀλλήλους εἶδον, φράσσαντό τε πάντα, poſtquam ſe invicem conſpexerunt, & didicerunt cognoveruntque omnia ex mutua narratione.

v. 454.

Περιστοναχίζω, *idem quod* περιστεναχίζω, *v.* 10.

Περὶ δὲ στοναχίζετο δῶμα, circum gemebat & fremebat domus a lætitia, & lacrimantibus præ gaudio.

v. 457.

Μηκέτι νῦν θαλερὸν γόον ὄρνυτε, Ne amplius nunc uberem luctum excitetis. θαλερὸς γόος, luctus in vigore ſuo ſe exſerens. διὰ τὸ ἄπαυστον καὶ ἀεὶ νεάζων, ſicut & δάκρυ θαλερὸν, cum ſemper nova aliqua propullulat quaſi. Vide ad *v.* 409.

v. 458.

Ἐν πόντῳ — ἰχθυόεντι, *Od.* Δ. 381.

v. 459.

Ἀνάρσιος, ου, ὁ, ἡ, inimicus, implacabilis, ὃν οὐκ ἔστιν ἄρσεσθαι, *i. e.* ἀρέσασθαι καὶ φιλιωθῆναι, ὁ δυσμενής. Ergo ab ἀρέω, amicum facio, placo, concilio mihi: cum α negativo. δυσμενέες καὶ ἀνάρσιοι, hoſtes & infenſi, *Il.* Ω. 365.

Ὅς

"Ὅσ' ἀνάρσιοι ἄνδρες ἐδηλήσαντ', quot mala intulerunt inimici tibi homines. μήτις τοι καθ' ὁδὸν δηλήσεται, *Od.* Θ. 444. ἐδέ ποτε καρπὸν ἐδηλήσαντο, nunquam fruges corruperunt, *ſc.* ἀπάγοντες αὐτὸν, populantes & auferentes fruſtum agri, *Il.* Α. 156. μήπως ἀμφοτέρες δηλήσεται, me & te, *Il.* Ψ. 428.

Ἐπὶ χέρσε, in terra. χέρσον, *Od.* Ι. 542.

v. 460.

Βρώμη, v. 379.

v. 461.

Εἰσόκεν αὖτις θυμὸν ἐνὶ ςήθεσσι λάβητε, Donec rurſus animum in pectoribus recipiatis.

v. 462.

Ὅιον, Qualem *habuiſtis.*

Πρώτιςον, prima vice, zu allererſt.

v. 463.

Τρηχείης Ἰθάκης, v. 417.

Νῦν δ' ἀσκελέες καὶ ἄθυμοι, nunc vero ſicci & puſillanimes *eſtis*: inquit Circe ad Ulyſſem ejusque ſocios triſtes; nam diu cibo abſtinuerant, & animus obriguerat quaſi triſtitia & curis. Ποσειδάων ἀσκελὲς (neutrum adverbialiter) αἰεὶ Κύκλωπος (ἕνεκα) κεχόλωται, Neptunus ſine intermiſſione ſemper ob Cyclopem iratus eſt. nam is Cyclops, quem Ulyſſes excæcaverat, erat filius Neptuni; notat ergo iram continuam, *Od.* Α. 68. μηκέτι πολὺν χρόνον ἀσκελὲς ἕτω κλαῖε, ne porro per longum tempus ſine intermiſſione ita fle, weine nicht mehr ſo lang immerfort, *Od.* Δ. 543.

Ἄθυμος, ε, ὁ, ἡ, triſtis, animum deſpondens, muthlos. ἄθυμοι, *i. e.* μὴ εὔθυμοι, οἷς ἐδέποτε θυμὸς ἐν εὐφροσύναις.

v. 464.

Ἄλη, ης, ἡ, circumvagatio, error, oberratio.

Αἰὲν ἄλης χαλεπῆς μεμνημένοι, Semper erroris moleſti memores: nam poteſt & eſſe ἄλη grata, ſi quis divitias circumvagando colligit, vel alio modo fortunatus eſt.

Οὐδέ ποθ' ὑμῖν θυμὸς ἐν εὐφροσύνῃ, Neque unquam vobis Cor eſt in lætitia, ihr ſeyt nie fröliches Herzens.

v. 465.

v. 465.

Ἐπεὶ μάλα πολλὰ πέποσθε, da ihr ſo ſehr vieles ausgeſtanden. *Ariſtarchus* quidem legi jubebat πέπασθε, *i. e.* κέκτησθε, acquiſiviſtis quaſi, gewonnen habet mit euerer Mühe. a πάω, *fut.* πάσω. poſſidendum & utendum do; & eſſet id ſane ſimplicius & elegantius perf. Paſſivum. Libri tamen conſtanter habent πέποσθε. Alii operoſius id deducunt a πήθω, πανθάνω, πάσχω. *fut.* 2. πεθῶ. *perf. Med.* πέποθα, *Attice* πέπονθα, cujus 2da. plur. πεπόνθατε, & πεπόθατε, paſſi eſtis: *per Sync.* i. e. *extruſa ſyllaba* ατ, *&* *interſerto ſigma*, πέποσθε. Sed cui iſtæ ambages non quæſitæ videntur? κακὰ πολλὰ πέποσθε, *pro* πεπόνησθε, occupati eſtis & exerciti multis malis, laboraſtis multum, *Il.* Γ. 99. πονησάμενος τὰ ἃ ἔργα, *Od.* Ι. 343.

v. 466.

Ἐπεπείθετο θυμὸς ἀγήνωρ, *v.* 406.

v. 467.

Τελεσφόρον εἰς ἐνιαυτὸν, Completum in annum, ein volles Jahr lang, *Od.* Δ. 86.

Τελεσφόρος, ου, ὁ, ἡ, uſque ad finem & conſummationem ferens, ad effectum tendens & finem deſtinatum adferens. Eſt Epith. *anni*, ὃς τὰ κατ' αὐτὸν πάντα εἰς τέλος ἄγει ἐντελέστατον, διὰ τῶν τεσσάρων ὡρῶν. *Deinde* eſt & Epith. in genere *omnium, quæ ad effectum certum perveniunt.*

v. 468.

Supra *v.* 184.

v. 469.

Περιτρέπω, circumverto, aliud *vel* me: nam omnia fere verba activa apud Græcos notant & intranſitive.

Περὶ δ' ἔτραπον ὧραι, & anni tempora circumegerant ſc. Et hæc eſt definitio *anni*, quod ἐνιαυτὸς ſit περιτροπὴ (*i. e.* κύκλος) ὡρῶν.

v. 470.

Μηνῶν φθινόντων, Menſibus finitis. μηδέ τοι αἰὼν φθινέτω, *Od.* Ε. 160.

Περιτελέω, circum finio.

Ὅτε δή ῥ' ἐνιαυτὸς ἔην, περὶ δ' ἤματα μακρὰ τελέσθη, cum annus plenus eſſet, & longi (*i. e.* multi & tarde diſcedere viſi) dies circumacti erant omnes.

v. 472.

v. 472.

Δαιμόνι', (*pro* δαιμόνιε,) inquiunt ſocii ad Ulyſſem, principem ſuum: amiciſſime!

v. 473.

Ει τοι θέσφατόν ἐςι σαωθῆναι, Si tibi fatale eſt, ut incolumis evadas. Vide ad *Od.* I. 507.

v. 474.

Οἶκον ἐς ὑψόροφον, In alte cameratis conclavibus ædificatam domum, *Od.* E. 42.

v. 476 — 478.

Od. I. 556 — 558.

v. 479

Κατὰ μέγαρα σκιόεντα, in triclinio umbras a ſole præbente: nam umbræ quoque cauſa inventæ ædes; undè *Heſiodus* vocat domum χῶρον σκιόεσσαν. maxime autem reſpicitur tempus veſpertinum. Vide ad *Od.* Δ. 768.

v. 481.

Γούνων (*ſc.* ἁψάμενος) ἐλλιτάνευσα, (*ſc.* αὐτὴν,) Vide ad *Od.* H. 145. τῶν γονάτων ἁψάμενος παρεκάλεσα. *Schol.*

v. 483.

Τέλεσόν μοι ὑπόσχεσιν, ἥν περ ὑπέςης, effice mihi promiſſum, quod recepiſti in te. οὐδέ σοι ἐκτελέουσιν ὑπόσχεσιν, ἥν περ ὑπέςαν, neque tibi opere ipſo efficient promiſſum, quod receperunt in ſe, *Il.* B. 286.

v. 484.

Οἴκαδε πεμψέμεναι, Te dimiſſuram cum comitatu eſſe me domum.

Θυμὸς δέ μοι ἔσσυται ἤδη, animus mihi incitatur jam, impetum ſentit.

v. 485.

Οἵ μευ φθινύθουσι φίλον κῆρ, qui meum cor mihi atterunt, die mir mein Herz ganz abmattet. Sic Achilles φθινύθεσκε φίλον κῆρ, macerabat & tabeſcere faciebat cor ſuum: nam maxime otium moleſtum erat Achilli, ut contextus oſtendit, & quod prohibebatur glorioſa facta edere, *Il.* A. 491. τοὺς δὲ ἔα φθινύθειν, ſine illos perire, *ſc.* illos, qui pugnare nolunt, ſicut Achilles, *Il.* B. 346. λαοὶ μὲν φθινύθουσι, multi homines abſumuntur prælio, *Il.* Z. 327. πολὺ παυρότεροι φθίνυθον, multo pauciores, *ſc.* ex

ex Græcis, peribant, *Il.* P. 364. ἦτοι δὲ ἔδοντες φθινύθουσιν οἶκον ἐμὸν, inquit Telemachus de procis, *Od.* A. 250. *i. e.* φθείρουσι, iſti interim, edentes & epulantes quotidie, abſumunt mihi rem familiarem. ἄχει φθινύθουσι παρειαὶ, *Od.* Θ. 530.

V. 486.

Ὅτε που σύγε νόσφι γένηαι, ſi forte aliquando tu non ades.

V. 487.

Ἡ δ' αὖτις ἀμείβετο] Hic rurſus αὖτικα capiendum *viciſſim*, ut & *v.* 503. de quo ſupra jam dixi. ERN.

V. 491.

Εἰς Ἀΐδαο δόμους καὶ ἐπαινῆς Περσεφονείης, In Plutonis domos, & gravis duræque Proſerpinæ. ἐπαινὴ Περσεφόνεια, *Il.* I. 457.

V. 492.

Ψυχῇ χρησομένους Θηβαίου Τειρεσίαο, Uſuros anima Thebani Tireſiæ, ad oraculum ab ea accipiendum, μαντευσομένους. Vide ad *Od.* Θ. 81.

V. 493.

Μάντιος ἀλαοῦ, Vatis cæci. ἀλαὸς, *Od.* Θ. 195.

Τοῦ τε φρένες ἔμπεδοί εἰσι, cujus mens eſt in loco ſuo, ubi eſſe antea ſolebat; conſtat firma. οὐδέ μοι ἦτορ ἔμπεδον, neque mihi cor in loco ſuo eſt, *i. e.* maxime inquietum & ſollicitum mihi eſt cor, *Il.* K. 93. τούτῳ δὲ οὐ νῦν φρένες ἔμπεδοι, mens ei nunc non conſtat, non domi eſt ratio ejus, non firma eſt, *Il.* Z. 352.

V. 494.

Τῷ καὶ τεθνειῶτι νόον πόρε Περσεφόνεια Οἴῳ πεπνῦσθαι, Sermo eſt de Tireſia, qui vivus fuerat vates celeberrimus; hinc & poſt mortem credebatur habere intellectum perſpicacem, & ἐν ταῖς νεκυομαντικαῖς anima hujus creberrime evocabatur, credebaturque habere στερέμνιόν τι, cum reliquæ eſſent nil niſi umbræ. οὐ σε ἐτυμόν γε φάμεν πεπνῦσθαι, non ſane ex vero credebamus te ſapere, du wiſſeſt zu leben, *Il.* Ψ. 440.

V. 495.

Σκιαὶ, ἄσ, ἡ, umbra, quæ vadit cum vadente. item, anima, *vel potius* εἴδωλον defuncti, iens ſub terra. nam eſt a κίω, præfixo ſigma.

Τοὶ

τοὶ δὲ, σκιαὶ ἀΐσσουσι, alii vero (in oppoſito ad unicum Tireſiam) ut umbræ, ὡς σκιαὶ, circumagitantur: nil ſapiunt, *vel*, nil valent, ſed ſunt meræ umbræ. Sermo eſt de mortuorum umbris.

V. 494. 495.

Cum ad ſciſcitandum ex *Tireſia Thebano* vitæ ſuæ futuros caſus Circe mitteret Ulyſſem, (quod deinde imitatus *Maro* Æneam euntem facit ſimiliter ad inferos, ut ob eandem rem Manes Anchiſæ patris conſuleret,) de eo perhibet, quod *adhuc valida frueretur mente, unusque mortuorum ſaperet*; ſic cæcitatis damnum, quod divinus vir patiebatur, rependere volentibus Diis hoc dono, quod ei ſoli, præterea nemini, conceſſerunt. Neque ambigendum reor, hæc ideo confinxiſſe Homerum, ut fidem vaticinio illius aſtrueret, ea, quæ Ulyſſi eventura eſſent, animo integro & ſoſpite præcinentis. Neque erit inutile, Tireſiæ privilegium duobus verſiculis comprehenſum afferre:

Τῷ καὶ τεθνειῶτι νόον πόρε Περσεφόνεια
Οἴῳ πεπνῦσθαι· τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι.

Ille ſapit ſolus; mentem Proſerpina ſoli
Defuncto tribuit: reliqui volitant velut umbræ.

Huc reſpexit *Cicero de Divinatione Lib. I.* cujus hæc ſunt verba: *De Tireſia etiam apud inferos Homerus ait ſolum ſapere, ceteros umbrarum vagari modo.* Ex hoc Homeri loco duo prodierunt adagia. Primum eſt, *Solus ſapit*, quod paſſim apud Scriptores ſummos de viro eximio & præ aliis docto & prudente legitur. De Scipione dictum invenies apud *Plutarchum*, de Chryſippo apud *Diogenem Laërtium*; ut ſileam uſurpaſſe illud *Platonem*, *Ariſtotelem*, *Dionem Chryſoſtomum*, *Lucianum*, *Maximum Tyrium*, *Baſilium Magnum*, alioſque non paucos, qui tam præclarum atque inſigne præconium alius alii tribuerunt. Cenſuit *Jacobus Duportus* adeo illuſtri ornatum encomio Tireſiam ab Homero, eum ſolum inter omnes Orci incolas Maneſque ſapientem appellante, quod ſe ipſum ſub Tireſiæ nomine commendare voluerit, quandoquidem & ipſe τυφλὸς ἀοιδὸς, *cæcus Vates*, fuit. Sed *Duporti* opinionem ut omnino falſam rejicio; *tum* quia cœcum natum eſſe Homerum

Homerum minime credendum: (quomodo enim tam graphicis coloribus, quæ non vidiſſet, deſcriberet, præſertim cum tot, ac tanta, tamque diverſa ſint, & ad omne rerum genus pertinentia, quæ deſcripſerit?) *tum* quod tam ſingulari modeſtia fuerit, ut nomen ſuum, ſuum genus, ſuam patriam nunquam protulerit; quæ certe prædicaſſet, ut alii poſt illum vates glorioſiores fecerunt, ſi pulmoni morbus ille ſeſe oſtentandi inſediſſet.

Alterum adagium ex iis verbis enatum: *τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι*, *reliqui volitant velut umbræ.* Σκιὰ enim apud Græcos, & *umbra* apud Latinos de re nihili & nullius momenti παροιμιακῶς uſurpatur. Sic *ὄνου σκιὰ*, *aſini umbra* in *Demoſthenis apologo*; *σκιᾶς ὄναρ*, *ſomnii umbra* apud *Pindarum*, *καπνοῦ σκιὰ*, *fumi umbra* apud *Sophoclem*; *ἄρτου σκιὰ*, *umbra panium* apud *Athenæum.* Non illepide igitur *σκιὰς ἀνθρώπων*, *umbras hominum* appellabimus homines vanos, leves, viles, nullius virtutis, nullius doctrinæ, otio torpentes, vitæ tenebras conſectantes; quos etiam ſolemus dicere nebulones; non pluris ſiquidem ſunt, quam umbra aut nebula. RICC. *Diſſ. Hom. Tom. III. p.* 132. *ſqq.*

V. 496.

Ἔμοιγε κατεκλάσθη φίλον ἦτορ, *Od.* Δ. 481. Vide & ad K. 198.

V. 498.

Ζώειν, καὶ ὁρᾶν φάος ἠελίοιο, vivere, & videre lumen ſolis.

V. 499.

Ἐπεὶ κλαίων — κορέσθην, cum ſatietas flendi cepiſſet me.

Ἐπεὶ κλαίων τε κυλινδόμενός τε κορέσθην, ita *Od.* Δ. 541. Non præciſe volutationem in nuda terra notat; ſed eſt Metaphoricum verbum, & a more vetuſti luctus petitum, notans gravem & inquietum luctum.

V. 501.

Τίς γὰρ ταύτην ὁδὸν ἡγεμονεύσει; *ſc.* ἐμοὶ, *coll.* 505.] Refertur iſtud *γὰρ* ad id, quod eleganter reticetur: *Nequaquam eo ire poſſum; Quis* ENIM *&c.* Vide ſupra ad *v.* 174. 190. CLARK.

V. 502.

V. 502.

Εἰς Ἀΐδος δ' ἔπω τις ἀφίκετο νηῒ μελαίνῃ, Ad Orcum autem vel enim nondum quisquam pervenit nave nigra.

V. 505.

Μή τι τοι ἡγεμόνος γε ποθὴ παρὰ νηῒ μελέσθω, Ne tibi curæ eſto deſiderium ducis viæ in navi, Ne tibi curæ ſit defectus ducis alicujus in navi, bekümmere dich um keinen Wegweiſer: mache dir nur keinen Kummer, als werde dir ein Wegweiſer auf dem Schiff mangeln, oder, daß du keinen Wegweiſer haſt. ποθὴ, *Od.* Θ. 414.

V. 506.

Ἱςὸν δὲ ςήσας, ἀνὰ δ' ἱςία λευκὰ πετάσσας, Malo autem erecto, veliſque albis expanſis. Vid. ad *Od.* Δ. 783. Ι. 77.

V. 507.

Ἧσθαι, infin. pro imperat. *pro* κάθησο, Sede.

Τὴν δέ κε (ναῦν) πνοιὴ Βορέαο φέρῃσιν, eam ſane (navem) flatus Boreæ agat, *ſc.* εἰς τὰς περὶ τὸν Ἄδην τόπους, deferre poterit.

V. 508.

Ὁππότ' ἂν δὴ νηῒ δι' ὠκεανοῖο περήσῃς, de itinere Ulyſſis vivi ad inferos. πύλας Ἀΐδαο περήσω, ut tranſeam ad portas Orci, *Il.* Ψ. 71. & id verbum mythice innuit, quaſi τῶν ψυχῶν δι ὠκεανȣ̃ πορθμευομένων. ſic — περήσειν, verſus portas Orci tranſiturum aquas inferas, *Il.* Ε. 646.

V. 509.

Ἀκτὴ λάχεια, littus molle, ad quod navis ſine malo ſuo appellitur. νῆσος λάχεια, *Od.* Ι. 116.

Ἄλσεα Περσεφονείης, luci Proſerpinæ.

V. 510.

Μακραὶ αἴγειροι, Altæ populi: nam ſteriles arbores aptæ ſunt locis mortuorum.

Ἰτέα, ας, ἡ, ſalix: arbor ſterilis, apta locis mortuorum. dicta ab ἰέναι, quia cito exſilit in altum. ἰτέαι ὠλεσίκαρποι, ſalices ſteriles, quæ non habent ſortem frugum. καίοντο ἰτέαι, *Il.* Φ. 350. ubi memorantur inter arbores, ad aquam creſcere ſolitas.

Ὠλεσίκαρπος, ε, ὁ, ἡ, fructum perdens & amittens. & in Poëta ο initiale ob metrum producitur in ω. ἰτέαι ὠλεσίκαρποι, ſalices ſteriles: quæ ſic dicuntur, quia

ἀποβάλλει τὸ ἄνθος, quod quidem fructum promittere fuerat viſum, ſed nullus conſequitur fructus; ἄγονοι.

V. 511.

Νῆα μὲν αὐτοῦ κέλσαι, Navem quidem illuc appellere, *ſc.* memento : nam eſt infin. pro imperat. & *h. l.* eſt Activo ſenſu. Vide ad *Od* I. 149. & 546.

Ἐπ' ὠκεανῷ βαθυδίνῃ, in Oceano profundos vortices agente. βαθυδίνης, tiefwirbelnd, *Il.* Υ. 73.

V. 512.

Εὐρώεις, εσσα, εν, ſitu & mucore obſitus. Eſt apud Poëtam Epith. *locorum ſubterraneorum*, quæ ſunt loca ſenta ſitu : ſimul, ob cognationem originis cum εὐρὺς, poteſt connotare τὸ εὐρὺ & πλατὺ locorum eorum. οἰκία εὐρώεντα Ἀΐδου, *Il.* Υ. 65.

V. 513.

Ἀχέρων, οντος, ὁ, ἐν ᾅδου ποταμός. quaſi ἄχεα ῥέων, gemitus & dolores in flumine ſuo habens.

Πυριφλεγέθων, οντος, ὁ, fluvius ἐν ᾅδου, dictus παρὰ τὸ πῦρ, ᾧ οἱ θνήσκοντες ἐφλέγοντο : occaſione nominis ſumta ab ardente rogo.

V. 514.

Κωκυτὸς, οῦ, ὁ, fluvius ἐν ᾅδου, dictus διὰ τὸν ἐπὶ τοῖς θανοῦσιν ἔνδακρυν θρῆνον.

Στὺξ, υγὸς, ἡ, fluvius ἐν ᾅδου, dictus διὰ τὸ στυγητὰ εἶναι τὰ κάτω, καὶ διὰ τὸ στυγνάζεσθαι τοὺς θνήσκοντας.

Ὅς δὴ Στυγὸς ὕδατός ἐστιν ἀποῤῥώξ, *Il.* B. 755. Vid. etiam ad *Od.* I. 359.

V. 513. 514.

Vide BANIERS Götterlehre, IV. Band. VII. Cap. von den Höllenflüſſen. VOSSII *Theol. Gentil. Lib.* II. *Cap.* 81. alioſque innúmeros.

V. 515.

Ξύνεσις, εως, ἡ, commiſſio, concurſus, conjunctio. ξύνεσίς τε δύω ποταμῶν, ſic dicit τὴν συνάφεσιν καὶ εἰς ταὐτὸ συμβολὴν ποταμῶν τῶν ῥηθέντων paullo ante.

Ποταμῶν ἐριδούπων, fluminum valde ſonantium. ὑπ' αἰθούσῃ ἐριδούπῳ, *Od.* Η. 345.

V. 516.

v. 516.

Χρίμπτω, admoveo, accedere facio. *item* appropinquo. χριμφθεὶς πέλας, accedens prope, admotus prope.

Πέλας, *adv.* prope, in propinquo. ὁ πέλας, vicinus, qui prope eſt & adeſt. a πέλω, ſum.

v. 517.

Βόθρον ὀρύξαι ὅσον τε πυγούσιον, ἔνθα καὶ ἔνθα, Scrobem fodere (memento) latam unam ulnam ab omnibus lateribus, *vel* cubitalem quaquaverſum, einer kleinen Elle weit ins gevierte: de ſcrobe illa, ſanguinis plena apud inferos, ab Ulyſſe facta.

Βόθρος, *Od.* Z. 92.

Πυγούσιος, ἴα, ιον, unius ulnæ. nam ὁ πυγὼν, όνος, eſt τὸ ἀπὸ ἀγκῶνος μέχρι δακτύλων κεκαμμένων (*i. e.* συνεσφιγμένων) διάστημα, ſpatium a cubito uſque ad digitos compreſſos in manum, vom Ellenbogen bis an die Knöchel der in die Hand gelegten Finger, πυγονιαῖος.

v. 518.

Χοὴ, ῆς, ἡ, fuſio, libatio.

Χοὴν χεῖσθαι πᾶσιν νεκύεσσι, libationem fundere (memento, *vel* funde: eſt enim infin. pro imperat.) omnibus mortuis; nam σπονδὴ aut λοιβὴ dicitur de Diis ſuperis: res ipſa vero eſt eadem.

v. 519.

Μελίκρατον, ου, τὸ, infuſum ex melle & lacte. apud Recentiores eſt, ex melle & aqua. ſed in Poëta eſt prius. & hoc erat νηφάλιον πόμα, conveniens animabus & τοῖς ἐν ᾅδῃ. poſt ſequebatur vinum merum: & tunc denique aqua pura.

v. 520.

Ἐπὶ δ' ἄλφιτα λευκὰ παλύνειν, farinamque albam inſperge. Circe præcipit, ut fiat mixtura ex mulſo, vino, aqua, & farina inſperſa.

v. 521.

Πολλὰ δὲ γουνοῦσθαι νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα, Valde vero precare mortuorum perſonas inanes.

Γουνοῦμαι, *Od.* Z. 149. γουνούμενος, Δ. 433.

Νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα, *i. e.* ἀμενηνοὶ νεκροὶ, mortui vires non habentes, ſine nervis aut vera aliqua ſubſiſtentia

exiſtentes, ſed umbræ tantum; in quibus nulla caro, nullus ſanguis, nullum robur, quia vanæ ſunt imagines. ἤ κεν ζωὸς ἀμενηνὸς ἔα χαλκοῦ τυπῇσι, aut fortaſſe debilis fuiſſem ab ictibus ferri, ich wäre zu nichte gehauen worden, ſo verwundet daß ich nachher kraftlos geblieben, etſi vivus quomodocunque, *Il.* Ε. 887.

Κάρηνον, *Od.* Ζ. 123.

V. 522.

Στεῖραν βοῦς, *i. e.* βοῦς γυνὴ στερρὰ, juvenca plenis viribus, nondum partu debilitatis. ἀμφὶ στεῖρῃ κῦμα ἴαχε, circa carinam (*i. e.* circa navem euntem) ſonuit graviter unda, *Il.* Α. 482. *Od.* Β. 428.

V. 523.

Ῥέξειν βοῦν, Te ſacrificaturum juvencam.

Πυρήν τ' ἐμπλησέμεν (*pro* ἐμπλήσειν) ἐσθλῶν, Rogumque imaginarium impleturum rebus bonis, *e. c.* melle, floribus, aliisque, quibus delectantur animæ mortuorum.

Πυρὰ, *Il.* Α. 52.

Ἐσθλὰ, res egregiæ, electæ, quæ mortuo habendæ quaſi & fruendæ dabantur

V. 524.

Τειρεσίῃ δ' ἀπάνευθεν ὄϊν ἱερευσέμεν οἴῳ, Tireſiæ vero ſeparatim arietem ſacrificaturum ſoli.

V. 525.

Παμμέλανα ὄϊν, Totum nigrum arietem: nam inferis atra ſacrificabantur, διὰ τὸ σκοτεινὸν τῶν ἐν ᾅδου. ταύρους παμμέλανας, quales Neptuno immolari ſoliti, *Od.* Γ. 6.

Ὃς μήλοισι μεταπρέπει ὑμετέροισιν, qui eminet inter oves veſtras. Vide ad *Od.* Θ. 172.

V. 526.

Ἐπὴν εὐχῇσι λίσῃ, (aor. 1. ſubj. Med.) poſtquam voce ſupplici precatus fueris. λίσαι Δία, precare Jovem, *Il.* Α. 394. λιτέσθαι, *Il.* Π. 47.

Κλυτὰ ἔθνεα νεκρῶν, inclytas gentes mortuorum. ἔθνεα μελισσάων ἀδινάων, examina apum, *Il.* Β. 87.

V. 527.

Ἔνθ' ὄϊν ἀρνειὸν ῥέζειν, Ibi ovem marem ſacrifica. ἀρνειὸς eſt ſpecies, ὄϊς genus, ut nos dicimus, einen Schaaf-Bock. & hic Tireſiæ ſoli mactabatur.

Θῆλυν

Θῆλυν τε μέλαιναν, fœminamque nigram.

v. 528.

Εἰς Ἔρεβος στρέψας, Vertens pecudes eas verſus Orcum. *vel* verſus locum noctis: nam ſacra mortuis fiebant occaſu Solis, facie eo converſa. ἐξ Ἐρέβευς, *Il.* Θ. 368. ἐξ Ἐρέβευσφιν, *Il.* I. 568. βήτην εἰς Ἔρεβος, *i. e.* mortui ſunt, *Il.* Π. 327.

Αὐτὸς δ' ἀπονόσφι τραπέσθαι, ipſe autem alio te convertas vultu, *Od.* E. 350.

v. 529.

Ἱέμενος ποταμοῖο ῥοάων, Converſus ad aquas.

v. 530.

Ψυχαὶ ἐλεύσονται νεκύων κατατεθνειώτων, Animæ accedent mortuorum defunctorum. Vid. ad *Il.* H. 409. Π. 526.

v. 531.

Ἑταίροισιν ἐποτρῦναι καὶ ἀνῶξαι, (v. ἀνώγω,) ſocios hortare & jube. Hi infinit. ſunt pro imperat.

v. 532.

Μῆλα, τὰ δὴ κατάκειτ' ἐσφαγμένα νηλέϊ χαλκῷ, Pecudes, quæ jam jaceant mactatæ duro ferro. νηλέϊ χαλκῷ, *Od.* Θ. 507.

v. 533.

Δείραντας κατακῆαι, Poſtquam excoriaverunt, comburere.

Ἐπεύξασθαι δὲ θεοῖσιν, votaque facere Diis. ἐπευχόμενος, dazu bettend, *Il.* B. 411. preces addens. ſed *Il.* Π. 829. inſuper glorians.

v. 534.

Ἰφθίμῳ Ἀΐδῃ, Potenti Plutoni: nam Mors eſt valde valens viribus.

v. 537.

Αἵματος ἆσσον ἴμεν, Ad ſanguinem accedere.

Πρὶν Τειρεσίαο πυθέσθαι, (deeſt ἐκ,) antequam ex Tireſia audieris.

v. 538.

Ὄρχαμε λαῶν, *Ulyſſes*. Πολίτης, ὄρχαμος ἀνδρῶν, ſupra *v.* 224. ὄρχαμος λαῶν ergo multo auguſtius eſt, quam ἀνδρῶν: hi enim inferiorem ducem partis alicujus virorum innuunt: λαῶν vero ſupremum regem populi cujusdam.

Ὅμαδος (*Il.* B. 96.) ex colloquentibus, δοῦπος (*Od.* K. 401.) ex pulſu ambulantium, naſcebatur.

v. 557.

Ἐξαπίνης ἀνόρουσε, Subito exſiliit, *vel* ſurrexit ex cubili ſuo. ἐξαπίνης, *Il.* E. 91.

Ἐκλάθετο, *pro* ἐξελάθετο, oblitus erat. ἐκλελάθοιτο, *Od.* Γ. 224. ἐξελάθοντο, *Il.* Π. 602.

v. 558.

Ἄψοῤῥον καταβῆναι, Rurſus deſcendere. Sequens ἰὼν ἐς κλίμακα, auf die Treppe gehend, eſt explicatio prioris. ἄψοῤῥον, *Od.* I. 501.

Ἰὼν ἐς κλίμακα μακρὴν, iens per longos gradus de tecto Circes. & hi gradus de tecto erant extra domum. Elpenor, ut in domo aliena, oblitus erat, ubi eſſent gradus, per quos de tecto extrorſum deſcendebatur; & ad falſum locum in tenebris & ſemiſomnis accedens, de tecto, non bene lorica munito, decidit. κλίμακα ὑψηλὴν κατεβήσατο οἷο δόμοιο, per gradus altos deſcendit de habitatione ſua ſuperiore Penelope: nam habitabat in ſuperiore parte ædium, *Od.* A. 330.

v. 559.

Καταντικρὺ, *adv.* Idem quod ἀντικρὺ, e regione, contra. καταντικρὺ τέγεος πέσεν, er ſtürzete vom Dache gerad herab über Kopf, pronus de tecto decidit.

Forma tectorum erat *plana*, non faſtigiata; adeo ut ſuper iis ſæpius cubarent: quemadmodum conſtat de Elpenore, qui

— *καταντικρὺ τέγεος πέσεν,*
— *tecto delapſus ab alto.*

Euſtathius ad *h. l.* Πίπτει δὲ καταντικρὺ τέγεος ὁ Ἐλπήνωρ ἐν ὑπαίθρῳ ἄνω ἀνακείμενος, διὰ τὸ τὰ δώματα μὴ κεραμωτὰ, ἀλλ' ὁποῖα καὶ νῦν ὡς εἰκὸς μυριαχοῦ ἐν ταῖς δοκοῖς γῆ ἐπιχώννυται. ὡς ἐντεῦθεν, τὴν στέγην χρήσιμον εἶναι καὶ πρὸς τὸ ἐγκοιμᾶσθαι. *Cadit autem ab alto tecto Elpenor, utpote in ſuperiore domus parte ſuperne recumbens: inde factum, quod tum temporis domus non faſtigiatæ erant, ſed quales nunc etiam multis in locis conſtruuntur, ubi trabes congeſta in eo terra teguntur. Quo fit, ut tectum ſit ad recumbendum maxime accommodatum.* Morem hunc quoque obtinuiſſe patet apud

apud Hebræos, qui ἐπὶ δωμάτων, *ſuper tectis*, agere ſoliti; adeo ut Dei lege loricam circumducere juſſi ſint, ad evitandum diſcrimen. *Deuteron. XXII:* 8. Idem hodie in pleriſque Orientalibus ac Meridionalibus regionibus videre eſt. Etiam apud Romanos, quos olim planis tectis uſos conſtat ex *Vitruvio*, *Lib. II. Cap. I.* aliisque Auctoribus, qui eos ſubinde in tectis ſpectaſſe ac lampadas prætuliſſe docent. FEITH. *L. III. C. XI.* §. *XII.*

v. 560.

Ἐκ δέ οἱ αὐχὴν Ἀστραγάλων ἐάγη, cervix autem ei Ex vertebris fracta eſt. ἀστράγαλος, *Il.* Ξ. 466. Υ. 88.

Ἐάγη, *Il.* Γ. 367. ἄγη, *Il.* Π. 801.

Ψυχὴ δ' ἀϊδόσδε κατῆλθεν, anima vero ad orcum deſcendit.

v. 562.

Φάσθε, Putatis, ihr denket.

v. 563.

Ἄλλην δ' ἧμιν ὁδὸν τεκμήρατο Κίρκη, aliud vero nobis iter conſtituit Circe. τεκμαίρομαι, *Od.* Η. 317.

v. 565.

Ψυχῇ χρησομένους Θηβαίου Τειρεσίαο, ſupra *v.* 492.

v. 566.

Κατεκλάσθη φίλον ἦτορ, *v.* 496.

v. 567.

Καταῦθι, ibi, *Il.* Ν. 653. Ω. 470.

Ἑζόμενοι δὲ καταῦθι γόων, Sedentes autem ibi lugebant.

Τίλλοντό τε χαίτας, & evellebant ſibi comam. πολιὰς τρίχας ἀνέλκετο χερσὶν, τίλλων ἐκ κεφαλῆς, indem ſie ſie aus dem Kopf rauſete, *Il.* Χ. 78. πρῶται τόν γ' ἄλοχός τε φίλη καὶ πότνια μήτηρ τιλλέσθην, vellebant ſibi comam, ut eam imponerent mortuo, ex more. τὸν eſt *Elliptice*, ὑπὲρ vel ἐπὶ τόν.] C'eſt la coutume de beaucoup de Nations, & ſur tout des Orientaux, dans les douleurs vives, de s'arracher les cheveux. Nous avons vû dans *le X. Liv. de l'Iliade*, qu'Agamemnon s'arrachoit les cheveux. C'eſt ainſi qu'Eſdras dit: *Cumque audiſſem ſer-*

monem iſtum, ſcidi pallium meum & tunicam, & evelli capillos capitis mei & barbæ, & ſedi mœrens. Eſd. IX: 3. DAC.

v. 568.

Ἀλλ' ὐ γάρ τις πρῆξις ἐγίνετο μυρομένοισιν, v. 202.

v. 570.

Ἤιομεν ἀχνύμενοι, Ibamus triſtes. ἤομεν, εἰς ἐκέλευσε, v. 251.

Θαλερὸν κατὰ δάκρυ χέοντες, v. 409.

v. 572.

Κατέδησεν, alligavit, *ſc.* in navi.

v. 573.

Ῥεῖα παρεξελθοῦσα, i. e. παρὲξ ἡμῶν ἐλθοῦσα, i. e. ἐγγὺς μὲν, (quod latet in παρὰ,) ὅμως δὲ ἠρέμα πόῤῥω, ſie gieng nahe bey uns ſachte vorbey und von uns, λεληθότως διελθοῦσα. οὐκ ἐστι Διὸς νόον παρὲξ ἐλθεῖν, non poſſibile eſt, Jovis conſilium & voluntatem transgredi & præterire, *Od.* Ε. 104. & 138. ἐῶμέν μιν πρῶτα παρεξελθεῖν πεδίοιο, finamus eum prætergredi præter nos per planitiem paullulum: ut *ſcil.* reditum ei ad ſuos intercludere poſſimus, *Od.* Κ. 344.

— — τίς ἂν Θεὸν οὐκ ἐθέλοντα
Ὀφθαλμοῖσιν ἴδοιτ', ἢ ἔνθ', ἢ ἔνθα κιόντα;
— — quis Deum nolentem.
Oculis videre poſſet, aut accedentem, aut abeuntem? *Qui eſt ce qui peut voir un Dieu, lorsqu'il veut ſe cacher & ſe dérober aux yeux des hommes?* DAC.

IN

IN Λ. ODYSSEÆ.

Aptiſſimo titulo *undecimum Odyſſea librum* Νεκυομαντείαν, hoc eſt., *vaticinium ex mortuis*, Veteres inſcripſerunt. Ad conſulendum namque Tireſiæ manes ad inferos juſſu Circes Ulyſſes deſcendit. Multa ſane obſervanda occurrunt in hoc tetro horridoque Ulyſſis itinere, ex quibus nonnulla — ſtudioſe ſeligam & expediam. RICC. *Diſſ. Hom. Tom. III. Diſſ. LV.* Conf. etiam ANT. VAN DALE *Diſſ. de Orig. ac progr. Idololatr. & Superſtit.* — uti & *de Divinat. Idololatr. Jud. p.* 632. *ſqq.* vel *Cap. X. de origine & antiquit.* νεκυομαντείας *inter Ethnicos & Judæos*, &c. FABRICII *Bibliogr. Antiq. Cap. XII. p.* 591. *ſqq. de Divinationibus*, &c.

V. 2.

Od. Λ. 577.

V. 5.

Βαίνομεν ἀχνύμενοι,] Propter iter ad inferos ſuſceptum ex Circes vaticinio: ut recte *Spondanus*. Vide ſupra ad K. 563. 566. CLARK.

V. 6.

Κατόπισθε νεὼς —, a tergo navis —. γίνετο ἁρματροχιὴ κατόπισθεν, fiebat veſtigium rotarum currentium, quod abeunte curru relinquebatur viſendum, *Il.* Ψ. 505.

Νεὼς κυανοπρῴροιο, *Od.* I. 539.

V. 7.

Ἴκμενον οὖρον ἵει, Ventum ferentem ſecundum miſit. *Od.* B. 420.

Πλησίστιος, ου, ὁ, ἡ, velum implens & expandens. Epith. *venti boni*, a πλήθω, *fut.* ήσω, impleo: & ἱστίον, ου, τὸ, velum.

Ἐσθλὸν ἑταῖρον,] Eleganter ſecundum & ferentem (ut vocat *Virgilius*) ventum *bonum ſocium* appellat, quod ſine eo infeliciter cedat navigatio: & videtur eſſe quædam alluſio ad ceteros ſocios Ulyſſis. Notandum eſt autem, hunc ventum dici a Circe immiſſum, ut antea etiam Calypſo feciſſe vidimus; ſive quod eam ſimpliciter ut Deam conſideret, ſive quod etiam Sagæ in ventos,

fulgura

fulgura & tempeſtates, aliquid juris habere credantur. SPOND.

v. 8.

Κίρκη ἐϋπλόκαμος, δεινὴ Θεὸς, αὐδήεσσα, *Od.* K. 136.

v. 9.

Ὅπλα ἕκαστα πονησάμενοι κατὰ νῆα, cum cuncta inſtrumenta navigandi curaſſemus recte & cum ſtudio. πονησάμενος τὰ ἃ ἔργα, *Od.* I. 343.

v. 10.

Τὴν δ᾽ ἄνεμός τε, κυβερνήτης τ᾽ ἴθυνεν, Vide ad *Od.* I. 78.

v. 11.

Τῆς δὲ πανημερίης τέταθ᾽ ἱστία ποντοπορούσης, Hujus autem per totum diem tendebantur vela currentis. πανημερίη ναῦς, navis per totum diem currens, *Od.* Δ. 356.

Τέταθ᾽ ἱστία, vela navis intendebantur a vento. ἱμὰς, ὅς οἱ ὑπ᾽ ἀνθερεῶνος τέτατο, *pro* ἐτέτατο, lorum, quod ei ſub mento tenſum erat, *Il.* Δ. 372. αὐτῶν μάχη ἐπὶ ἶσα τέτατο, pugna eorum æquo Marte extendebatur, *Il.* M. 436. O. 413. Φάσγανον ὅ οἱ ὑπὸ λαπάρην τέτατο, enſis, qui ei ad latus pendebat longus, *Il.* X. 307. - - δρόμος, extendebatur curſus eorum & intendebatur acer, der Lauf ſtreckete ſich eifrig aus, *i. e.* die Lauffenden griffen ſich an, *Il.* Ψ. 758. *Od.* Θ. 121.

Ποντοπορέω, mare tranſeo.

v. 12.

Δύσετο τ᾽ ἠέλιος, σκιόωντό τε πᾶσαι ἀγυιαί, *Od.* B. 388.

v. 13.

Ἐς πείραθ᾽ (πείρατα) ἵκανε, ad fines ultimos pervenit. βαθυῤῥόου Ὠκεανοῖο, *Il.* Ξ. 311.

v. 14.

Ἔνθα δὲ Κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε, πόλις τε, Ibi autem Cimmeriorum erat populusque, civitasque.

v. 15.

Ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι, de Cimmeriis ad perpetuas caligines damnatis. prius per additum alterum explicatur, & maſculinum participii *Attice* pertinet ad δῆμός τε, πόλις τε. Vide ad *Od.* Θ. 562.

v. 16.

Ἠέλιος φαέθων, *Od.* E. 479.

Ἐπιδέρ-

Ἐπιδέρκομαι, intueor ſupra. ex ἐπὶ & δέρκω, video, ſpecto.

Οὐδέ ποτ' αὐτὺς Ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν, neque unquam eos Sol adſpicit *ſeu* intuetur radiis: quaſi radii eſſent oculi Solis, *vel* ex oculis ejus emiſſi.

V. 17.

Ὁπότ' ἂν στείχησι πρὸς οὐρανὸν, quandocunque in antemeridiano curſu eſt: & ponitur hoc verbum de Sole, διὰ τὴν, κατὰ στοῖχον, *i. e.* τάξιν, πορείαν αὐτῦ. nam propr. στείχειν eſt, diſpoſito ordine incedere, ſtatuto ordine.

Οὐρανὸς ἀστερόεις, cœlum ſidera habens, *Od.* I. 527.

V. 18.

Ὅταν ἂψ ἐπὶ γαῖαν ἀπ' οὐρανόθεν προτράπηται, quando rurſus ad terram a cœlo alto verſus fuerit: *i. e.* quando verſus veſperam inclinabit dies; nam eſt hæc periphraſis δύσεως ἡλίυ. Sol enim, ex mente Veterum, ipſe ſe ſua vi movet, nec a cœlo quaſi invitus circumrapitur. Ἀργεῖοι ὔτε προτρέποντο ἐπὶ νηῶν, ὔτε ἀντιφέροντο μάχῃ, ἀλλὰ ὀπίσω χάζοντο, neque faciem convertebant ad caſtra ſua, neque pugnando invadebant hoſtes, ſed retrorſum cedebant, *Il.* E. 700. ἤθελον δ' ἄχεϊ προτραπέσθαι, ſed volebam luctui obvertere animum meum, & verſus luctum dirigere oculos mentis meæ. niſi potius eſt: avertere me a dolore, *Il.* Z. 336.

V. 19.

Ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται δειλοῖσι βροτοῖσι, nox perdens ſuperinducta eſt hominibus illis: *i. e.* ἀὴρ ἐπινέφελος, ὐ λαμπρῷ καὶ καθαρῷ ἡλίῳ λαμπόμενος.

V. 14 — 19.

De loco, unde ad inferos deſcendebatur, dicendum; qui juxta fines Oceani, ubi ſunt populi *Cimmerii*, a Poëta conſtituitur. *Duas* eſſe Cimmeriorum *gentes*, tradunt Scriptores, quarum una Italiam incolebat ad Baias, juxta lacum Averni, ubi Sibyllæ antrum eſſe ferebatur; altera degebat juxta Pontum Euxinum, qui Oceani nomine apud antiquos ſæpe vocatur. Ibi Cimmericum urbs fuit in peninſula jacens, iſthmum foſſa & aggere claudens. Magna olim extitit horum Cimmeriorum in Boſporo potentia, qui Boſporus de eorum nomine dictus

dictus eſt Cimmerius. Hi ſunt, qui regiones continentis a dextra Ponti ſitas uſque ad Joniam, teſte *Strabone*, incurſionibus vexaverunt. Inclinationem vero regionis, ſive, ut ajunt, clima, in qua habitabant Cimmerii, per ambages poëtico ritu ſignificare volens eſſe caliginoſam, ad hunc modum Cimmerios deſcripſit:

Ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι, οὐδέ ποτ' αὐτοὺς
Ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται — — —
Ἀλλ' ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται.

Hos aër nebulæque tegunt, neque ſplendidus unquam
Illuſtrat radiis, & puro lumine Titan:
Sed triſtes noctis ſeſe extendere tenebræ
Deſuper. —

Itaque cum noſſet Homerus, Cimmerios hoſce verſus Septentrionem habitare ad Boſporum Cimmerium loco tenebricoſo, eo transtulit Cimmerios Italiæ, utpote qui & ipſi ſub coelo degant caliginoſo, nebuliſque ferme contecto, atque hinc aditum ad inferos in Ulyſſea peregrinatione commentus eſt. Profecto ex antro illo Sibyllæ, quod ſupra memoravimus, patere ad Orcum deſcenſum vulgo creditum eſt, cujus rei *Virgilium* habemus teſtem, qui illinc ad inferos ſuum demiſit Æneam. *Præterea* ferunt, populos illos interdiu in eorum cavernis latitare conſueſſe, noctuque egredi, ut vicinos expilarent. Scimus etiam, locum ſylvis plenum fuiſſe, ex quibus omnibus Cimmeriarum tenebrarum fama, quæ in adagium abierunt. RICC. *Diſſ. Hom. Tom. III. Diſſ. LV. De Cimmeriis.* add. *incerti Scriptoris Græci Fab. aliquot Hom &c. Cap. VI.* BANJERS Götterlehre, IV. Band. V. Buch, III. Cap. die Meinungen der Poeten von dem Zuſtand der Seelen nach dem Tod.

V. 20.

Νῆα μὲν ἔνθ' ἐλθόντες ἐκέλσαμεν, *Od.* I. 546.

Ἐκ δὲ τὰ μῆλα Ἑλόμεθ', & illas pecudes Expoſuimus ex navi, wir nahmen ſie heraus.

V. 22.

Ἐς χῶρον —, ὃν φράσε Κίρκη, in locum —, quem demonſtravit, & liquido indicavit nobis Circe.

V. 23.

V. 23.

Ἔνθ' ἱερήϊα — Ἔιχον, Hic victimas — Tenebant. οὐχ ἱερήϊον οὐδὲ βοείην ἀρνύσθην, non pecus aliquod mactandum aut bovinum corium adipiſci conabantur hi duo currentes: *Il.* X. 159. & eſt hæc proverbialis locutio, ſi non de vulgari re aliqua, ſed de grandi re certatur.

V. 24.

Ἐγὼ δ' ἄορ ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηρῦ, *Od.* K. 321.

V. 25.

Defunctis, quemadmodum & Diis inferis, ara poni ſolebat nulla, ſed ſcrobs tantum (βόθρος, λάκκος) effodi, aut caverna excavari ſubterranea (μέγαρον) in quam ſanguis victimæ effunderetur. *Philoſtratus in vita Apollonii Lib. VI. Cap. II. ſub finem*: Θεοὶ μὲν γὰρ χθόνιοι βοθρὒς ἀσπάζονται, καὶ τὰ ἐν κοίλῃ τῇ γῇ δρώμενα. *Dii inferi ſcrobe gaudent, & iis, quæ in terræ concavis fiunt, ſacrificiis. Idem in Heroicis, Cap.* 19. Στεφανώσαντες δὲ τὴν κορυφὴν τῦ κολωνῦ, καὶ βόθρυς ἐπ' αὐτῇ ὀρύξαντες, τὸν ταῦρον τὸν μέλανα ὡς τεθνεῶτι ἔσφαττον. *Coronato autem collis vertice, ſcrobibusque in illo effoſſis, nigrum, ut mortuo* (Achilli) *mactabant taurum.* De magnitudine ſcrobium illarum ex Homero conjectura fieri poterit, qui foveam talem aliquam cubitalem facit.

Βόθρον ὄρυξα, ὅσον τε πυγούσιον, ἔνθα καὶ ἔνθα,

Scrobem fodi, (inquit Ulyſſes,) *hinc & inde cubitalem.* (Vide etiam ad *Od.* K. 517.) LAKEM. *Antiq. Græc. S. P.* I. *C. VII. §. XVIII.*

V. 26 — 28.

Libamen (σπονδὴ, λοιβὴ, χοὴ,) quod pro potione offerebatur Diis, e vino conſtabat ut plurimum, quod partibus victimæ, aræ impoſitis, dum adolerentur, ex vaſe σπονδεῖον dicto, ſolebat affundi. Merum illud eſſe oportebat, ἄκρατον, quod ἔνσπονδον vocabant, non aqua temperatum, quod erat ἄσπονδον. — Principio quidem aqua tantum libatum fuit, poſtea melle, tum oleo, at poſtremo tandem vino. — Neque tamen, poſtquam vini uſus invaluit, ille aquæ, mellis atque olei prorſus exolevit. — De melle teſtatur *Porphyrius de antro Nymph.* quod, quia mortis habeatur ſymbolum, libari illo ſoleat

mortuis

mortuis Inferisque. (*τοῖς χθονίοις.*) Sic Hecatæ, uni ex Inferis, *μελίκρατον*, ſive *ὑδρόμελι*, *mel aqua mixtum*, *aquam mulſam* vocant Latini, *Apollonius Rhodius μιγάδας λοιβὰς*, *libamina* dixit *mixta*, effundi conſuevit. Interdum tamen mortuorum etiam in ſacrificiis vinum, ſimul cum aqua mera & mulſa, fuit adhibitum. Alcinoo certe confirmat Ulyſſes, mortuis ſive Manibus omnibus libationem ſe feciſſe:

Πρῶτα μελικρήτῳ, μετέπειτα δὲ ἡδέϊ οἴνῳ,
Τὸ τρίτον αὖθ' ὕδατι. —
Primum mulſo, poſtea vero dulci vino,
Tertio demum aqua. —

(Vide etiam ad *Od.* K. 518 — 520.) Oleo, imo & lacte, pariter in inferiis, & Plutonis in ſacris, ad libationes uſi ſunt. LAKEM. *Antiq. P. III. C. I. §. XV.* add. POTT. *Tom. II. p.* 193. 194. FEITH. *L. I. C. XII. §. III.*

V. 29 — 33.

Vide ad *Od.* K. 521 — 525.

V. 34.

Τὰς δ' ἐπεὶ εὐχωλῇσι λιτῇσί τε, ἔθνεα νεκρῶν, Ἐλλισάμην, Vide *ibid.* 526.

Εὐχωλή, *Il.* A. 65. *Λιτή*, *Il.* I. 498.

V. 35.

Τὰ δὲ μῆλα λαβὼν ἀπεδειροτόμησα, pecudes utique prehenſas jugulavi. *ἀποδειροτομέω*, *Il.* Σ. 336. Ψ. 22.

V. 36.

Ῥέε δ' αἷμα κελαινεφὲς, de cruore victimarum. Vid. ad *Il.* Δ. 140.

Ἀγέροντο, *Od.* Θ. 321.

V. 34 — 36.

Inferis, aut mortuorum Manibus deſtinata ſi eſſet victima, curandum erat, ut in ſcrobem, ejus rei cauſſa effoſſam, efflueret ſanguis ex ipſo hoſtiæ, quæ ſupra ſcrobem illam plerumque mactabatur, jugulo deorſum verſo. Hinc Ulyſſes ait:

Τὰς δ' ἐπεὶ εὐχωλῇσι κ. τ. λ.
Poſtquam votis precibusque gentem mortuorum
Precatus ſum, ſumtasque pecudes jugulavi
Super foſſam; fluebat vero ſanguis niger.

LAKEM. *P. III. C. I. §. XIX.*

v. 37.

Vide ad *Od.* κ. 530.

v. 38.

Νύμφη, ης, ἡ, puella nubilis. *item* ſponſa, nova nupta. *Il.* γ. 130. *Od.* δ. 743.

Ἤϊθεος, ου, ὁ, ἡ, adoleſcens maturus ad uxorem ducendam, ſed qui nondum duxit. *Od.* ζ. 63.

Πολύτλητος, ου, ὁ, ἡ, qui multa pertulit, qui multa ferre & tolerare poteſt. πολύτλητοι γέροντες, ſenes, qui multa paſſi ſunt. in oppoſito ad juvenes, nondum tot malis conflictatos.

v. 39.

Παρθενικός, Vide ad *Od.* η. 20.

Παρθενικαὶ ἀταλαί, Virgunculæ. παρθενικαὶ δὲ καὶ ἠΐθεοι, ἀταλὰ φρονέοντες, puellæ & adoleſcentes hilares, *vel* teneros animos habentes, *Il.* σ. 567.

Νεοπενθής, έος, ὁ, ἡ, recenti & primo luctu. παρθενικαὶ ἀταλαὶ νεοπενθέα θυμὸν ἔχουσαι, virgines teneræ, habentes animum primo & juvenili luctu oppreſſum: nam vetulæ mulieres habent θυμὸν παλαιοπενθέα.

v. 40.

Οὐτάμενοι χαλκήρεσιν ἐγχείῃσι, confoſſi & occiſi ex ære aut ferro apte conſtructis haſtis.

v. 41.

Ἄνδρες ἀρηΐφατοι, Viri in bello interfecti. ἀρηΐφατος, *Il.* τ. 31. ω. 415.

Βροτόω, cruore oblino, maculo. a βρότος, ου, ὁ, inquinatio a cruore, μολυσμὸς ἐκ τοῦ ῥέοντος αἵματος.

Βεβροτωμένα τεύχε' ἔχοντες, cruentata *vel* cruore oppleta arma habentes in corpore.

v. 42.

Περὶ βόθρον ἐφοίτων, circa ſcrobem cupide ibant. Vide ad *Od.* κ. 119.

v. 43.

Θεσπεσίῃ ἰαχῇ, Ingenti clamore: de umbris mortuorum accedentibus facete ponitur, ſed tamen ut & hic militares umbræ principum virorum narrentur.

Ἐμὲ δὲ χλωρὸν δέος ᾕρει, me vero pallidus pavor cepit. *Il.* η. 479. μέλι χλωρὸν, *Od.* κ. 234.

v. 44 — 50.

Vide ad *Od.* κ. 531 — 537.

v. 52.

Ὀυ γάρ πω ἐτέθαπτο, Nondum enim ſepultus erat] Hæc eſt ratio, cur prior hæc Elpenoris umbra acceſſerit: credebant enim olim corporum inſepultorum animas oberrare, & a quiete arceri; ideo promtiores erant illæ ad exaudiendas Necromanticorum incantationes, quia viciniores eſſent terræ, ab ipſoque inferorum aditu prohiberentur, ut docent Palinurus *Virgilianus* & Appius *Silianus*. Ille enim ab Ænea, hic a Scipione ſepulturam poſtulant, ut exinde undas Acherontis tranare poſſint. Eas enim prætervehi non licebat inſepultis & non expiatis cadaveribus: quod Sibylla Æneæ apud inferos demonſtrabat.

Hæc omnis, quam cernis, inops inhumataque turba eſt:
Portitor ille, Charon: hi, quos vehit unda, ſepulti.
Nec ripas datur horrendas & rauca fluenta
Transportare prius, quam ſedibus oſſa quierunt.
Centum errant annos, volitantque hæc littora circum.
Tum demum admiſſi ſtagna exoptata reviſunt.

Æneid. Lib. VI. 325. *ſqq.* Itaque ſummo ſtudio & cura Veteres cadavera ſepeliebant, inhumataque illa relinqui religioſiſſimum habebatur. &c. SPOND. add. DAMMS Götterlehre, IV. Band. V. Buch. VIII. Cap. I. Art. von den herumſchwärmenden Schatten der unbegrabnen Todten.

Ὑπὸ χθονὸς εὐρυοδείης, *Od.* K, 149.

v. 54.

Ἄκλαυστος, *Il.* X. 386. ἄκλαυτος, *Od.* Δ. 494.

Ἄθαπτος, *Il.* X. 386.

Ἐπεὶ πόνος ἄλλος ἔπειγε, *pro* ἤπειγε, quia alius labor nos urgebat & feſtinare jubebat, agebat.

v. 55.

Δάκρυσα, *pro* ἐδάκρυσα, deflevi.

v. 57.

Πῶς ἦλθες ὑπὸ ζόφον ἠερόεντα, quomodo profectus es *vel* iviſti ad inferos? *i. e.* quomodo occidit lux vitæ tuæ? Τάρταρον ἠερόεντα, *Il.* Θ. 13. ποτὶ ζόφον ἠερόεντα, *Il.* M. 240.

qua

quæ eſt deſcriptio partium Occidentalium, ubi nox quaſi & tenebræ habitant. αὖτις ἀναστήσονται ὑπὸ ζόφου ἠερόεντος, *i. e.* ab inferis, ex morte, *Il.* Φ. 56.

v. 58.

Ἔφθης πεζὸς ἰὼν, ἢ ἐγὼ σὺν νηῒ μελαίνῃ, Prior *vel* celerius huc veniſti pedes, quam ego cum navi, præveniſti, du biſt eher hier erſchienen.

v. 59.

Ὁ δέ μ' οἰμώξας ἠμείβετο μύθῳ, *Od.* I. 506.

v. 61.

Ἆσέ με δαίμονος] Exponit Elpenor Ulyſſi mortis ſuæ genus, quam malo dæmonis fato & ebrietati ſuæ tribuit. Quid autem per illud malum Dæmonis fatum intelligat, forſan aliquis percunctabitur: nimirum cauſſam ſuperiorem, principem & remotam, qua hoc ſibi contigerat; proxima enim fuit ebrietas. Malum autem appellat ſui reſpectu tantum. SPOND.

Ἆσέ με δαίμονος αἶσα κακὴ, in hanc fraudem me injecit, *vel* errare me fecit numinis fatum adverſum. ἄασάν μ' ἕταροι κακοὶ, *Od.* K. 68.

Δαίμονος αἶσα κακὴ,) (ἀγαθὴ αἶσα vel τύχη, ἀγαθὸς δαίμων.

Ἀθέσφατος οἶνος, valde multum vinum. θάλασσαν ἀθέσφατον ὄρινε, *Od.* H. 273.

v. 62.

Καταλέγμενος, *per Sync.* pro καταλεγόμενος, cum decumberem dormiturus. Vid. ad *Od.* K. 555.

v. 63 — 65.

Ibid. 558 — 560.

v. 66.

Νῦν δέ σε τῶν ὄπιθεν γουνάζομαι, οὐ παρεόντων, *i. e.* πρὸς τῶν ὄπιθεν, *i. e.* πρὸς τῶν μὴ παρόντων, Nunc vero obſecro te per abſentes eos, ad quos cupis poſtea venire, qui *v.* 67. 68. enumerantur; per futuros eos, quorum conſpectu cupis frui, & certe quoque fruiturus es.

Γουνάζομαι. καί μιν γουνάσομαι, *Il.* A. 427. τὼ δ' ἐκ δίφρου γουναζέσθην, ſupplicabant ambo ex curru ſuo, *Il.* Λ. 130. τῶν ὕπερ ἐνθάδε ἐγὼ γουνάζομαι οὐ παρεόντων, loco horum

hîc ego ſupplico abſentium, *Il.* O. 665. μή με γένων γυνάζεο, *Il.* X. 345.

v. 67.

Πρός τ' ἀλόχε, καὶ πατρὸς,] Οὐ προσέθηκε τὴν μητέρα· ὁρᾶ γὰρ τὴν ψυχὴν αὐτῆς. *Schol.*

Ὅ σ' ἔτρεφε τυτθὸν ἐόντα, qui te educavit parvulum: de patre. *Od.* A. 435. de nutrice.

v. 68.

Ὃν μῦνον ἐνὶ μεγάροισιν ἔλειπες, quem unicum filium in ædibus relinquebas.

v. 70.

Νῆσον ἐς Αἰαίην, Vide ad *Od.* K. 135.

Σχήσεις — νῆα, appelles navem, ἐλλιμενίσεις.

Ἐυεργέα νῆα, *Od.* I. 279.

v. 71.

Κέλομαί σε μνήσασθαι ἐμεῖο, hortor, ut ſis memor mei.

v. 72.

Μή μ' — ἄθαπτον ἰὼν ὄπιθεν καταλείπειν, Ne me — inſepultum abiens poſt te relinquas.

v. 73.

Νοσφισθεὶς, i. e. νόσφι γενόμενος, χωρισθεὶς, ὑποχωρήσας, Profectus hinc & procul conſtitutus. νοσφιζοίμεθα, i. e. χωριζοίμεθα, πόῤῥω γενοίμεθα, non accederemus huic ſententiæ, abhorreremus ab hac re, fidem non adhiberemus, *Il.* B. 81. παῖδα ἐμὴν νοσφισσαμένη, θάλαμόν τε πόσιν τε, *ſc.* ἐμὲ, inquit Helena de Venere: filiam meam ſegregans a me, & thalamum & maritum, cum me duceret ad Trojam, *Od.* Δ. 263.

Μή τοι τι θεῶν μήνιμα γένωμαι, i. e. μή σοι ὀργισθῇ θεὸς δι' ἐμέ. ita *Il.* X. 358.

v. 72. 73.

Conſtat, Græcos religioſiſſime mortuorum ſepulturam curaſſe, veluti injunctam a Diis, quorum indignationem gravem verebantur, ſi officio ſuo hac in parte deeſſent, ut liquet ex hac Elpenoris oratione. FEITH. *L. I. C. XV. §. V.* add. POTT. *Tom. II. p.* 133.

v. 74.

Ἀλλά με κακκῆαι σὺν τεύχεσιν, inquit anima Elpenoris, cujus

cujus corpus jacebat mortuum, & eſt infinit. *κατακῆαι* pro *κατάκαιε* in imperativo.

Militum arma una cum ipſis concremari ſolebant; qua de cauſa ſimile beneficium ab Ulyſſe poſcit Elpenor;

'Αλλά με κακκῆαι σὺν τεύχεσιν, ἅσσα μοι ἐςίν.

Sed me comburere cum armis, quæcunque mihi ſunt.

POTT. *Tom. II. p.* 172.

v. 75.

Σῆμά τε μοι χεῦαι, Tumulumque mihi aggere.

v. 76.

'Ανδρὸς δυςήνοιο,] τὸ δὲ, ἀνδρὸς δυςήνοιο, καινότερον πέφρασαι· τὸ γὰρ κοινὸν οὕτω, Σῆμα τέ μοι χεῦαι, ἀνδρὶ δυςήνῳ. *Euſtath.* De hujusmodi Syntaxi vide ſupra ad Ι. 256. 257. & ad *Il.* Ξ. 141. CLARK.

Καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι, ut etiam poſteri id audiant & reſciſcant, *Il.* Β. 119. Χ. 305.

v. 77.

Ταῦτά τε μοι τελέσαι, infinit. pro imperat.

Πῆξαί τ' ἐπὶ τύμβῳ ἐρετμὸν, figeque in tumulo ſepulcrali remum.

v. 78.

Τῷ καὶ ζωὸς ἔρεσσον, Quo etiam vivus remigabam.

v. 77. 78.

Artis, quam defuncti profeſſi fuerant, inſignia armis adjungi olim ſolebant. Elpenor Ulyſſem, cui in manibus inferis viſus eſt, obnixe rogat, ut remum, quem, dum viveret, egerat, tumulo inſigere, ejusque arma in rogum injicere dignetur. POTT. *Tom. II. p.* 87. & 183. Sepulcris non raro defixa inſtrumenta, quibus defunctus uſus fuerat. Militum tumuli ex armis, nautarum ex remis internoſcebantur; & inſtrumenta cujusvis artis comitabantur magiſtros, manebantque ceu monumenta, quibus ipſorum memoria conſervaretur. Unde Elpenor inducitur ab *Homero* Ulyſſem ſupplex orans, ut remum, quo ad remigandum uſus fuerat, ipſius tumulo imponat. Æneas apud *Virgilium*, *Æneid. Lib. VI.* Miſeno tubicini ſuo idem officium præſtat.

Iſti ritus, cum aliis multis, ad memoriam defunctorum continuandum adſciti fuerunt; hinc eorundem ſepulcra dicta σήματα, μνημεῖα, μνήματα, &c.

v. 80.

Ταῦτά τοι, ὦ δύστηνε, τελευτήσω τε καὶ ἔρξω, Hæc tibi, o miſer, efficiam & operabor.

v. 81.

Ἐπέεσσιν — στυγεροῖσιν, ſermonibus — triſtibus & triſtes facientibus.

v. 82.

Ἐφ' αἵματι φάσγανον ἴσχων, ſuper ſanguinem gladium tenens.

v. 83.

Εἴδωλον, Od. Δ. 796.

v. 88.

Πυκινόν περ ἀχεύων, continenter multum licet gemens.

v. 89.

Αἵματος ἄσσον ἴμεν, — v. 50.

v. 91.

Χρύσεον σκῆπτρον ἔχων. pro ἔχουσα, ſc. ψυχὴ Τειρεσίαο. nam reſpicitur vir ipſe: ceterum φανταστικῶς habebat.

v. 92.

Λιπὼν φάος ἠελίοιο, relinquens lucem ſolis, i. e. ſtatum & locum viventium.

v. 93.

Ὄφρα ἴδῃς νέκυας καὶ ἀτερπέα χῶρον, ut videres mortuos & locum inamabilem mortuorum. ἀτερπέα δαῖτα, Od. K. 124.

v. 94.

Ἀποχάζομαι, abſcedo, recedo. ἀλλ' ἀποχάζεο βόθρου, ſed cede a ſcrobe.

Ἀπίσχω, *idem quod* ἀπέχω. ἄπισχε φάσγανον, remove gladium, halte weg, ἀπὸ ἴσχε, ἀφίσταθι.

v. 95.

Αἵματος ὄφρα πίω, De ſanguine aliquam partem ut bibam. nam hic eſt Atticus uſus hujus Genitivi, cum verbum regat Accuſativum; & eſt præſens ſubjunctivi.

Καὶ

Καί τοι νημερτέα εἴπω, & tibi vera dicam. ἵνα εἴπῃ νημερτέα βυλὴν, ut nunciet ei certiſſimum conſilium & decretum Deorum, *Od.* Ε. 30.

V. 96.

Ἀναχασσάμενος, recedens, *Od.* Η. 280.

Ξίφος ἀργυρόηλον, *Od.* Κ. 261.

V. 97.

Κυλεῷ ἐγκατέπηξα ξίφος, In vaginam detruſi gladium.

Ἐπεὶ πίεν αἷμα κελαινὸν, poſtquam bibit ſanguinem nigrum: de mortuo. αἷμα κελαινὸν, *Il.* Α. 303.

V. 98.

Μάντις ἀμύμων, vates nobilis, Tireſias.

V. 99.

Νόςον δίζηαι, Reditum quæris, de reditu interrogas: inquit Tireſias interrogatus ad Ulyſſem. δίζημαι, *Od.* Λ. 261.

Νόςος μελιηδὴς, reditus in patriam dulcis. μελιηδέα οἶνον, *Od.* Ι. 208. — καρπὸν, *ibid.* 94.

Φαίδιμος, *Od.* Κ. 251.

V. 100.

Τὸν (νόςον) δέ τοι ἀργαλέον θήσει Θεὸς, Hunc vero tibi difficilem faciet Deus.

V. 101.

Λήσειν (*ſc.* σὲ) Ἐννοσίγαιον, *Te* incognitum fore Neptuno.

Ὅ τοι κότον ἔνθετο (*pro* ἐνέθετο) θυμῷ, qui contra te iram repoſuit in animo. κότος, *Il.* Α. 82.

V. 102.

Ὅτι οἱ υἱὸν φίλον ἐξαλάωσας, quod ei filium carum (Polyphemum) excæcaſti. Vide ad *Od.* Ι. 504.

V. 104.

Αἴκ' ἐθέλῃς σὸν θυμὸν ἐρυκακέειν καὶ ἑταίρων, Si modo velis appetitum tuum coërcere & ſociorum tuorum: ne comedatis illicita. ἵππυς ἐρυκακέειν, equos cohibere memento, frænis retro tractis: ſtare fac eos in loco, *Il.* Ε. 262. ἐβύλετο λαὸν ἐρυκακέειν, exercitum retinere, & a proficiſcendo morari, *Od.* Γ. 144.

V. 105.

Ὁππότε — πελάσῃς — νῆα — νήσῳ, wann du wirſt das Schiff an die Inſel geleget haben.

Ἐυεργέα νῆα, ſupra *v.* 70.

v. 106.

Θρινακίη, ας, pro Τρινακρία. euphoniæ. Inſula celeberrima, Sicilia. nam τρία habet ἄκρα ἢ ἀκρωτήρια, Πέλωρον, Πάχυνον, Λιλύβαιον, quæ ſunt neutra ad ſubſtantivum ἀκρωτήριον, vel & aliter Subſtantive, Πελωρίδα, Πάχυνον, Λιλύβην, ubi Solis boves paſcebantur.

Προφυγὼν — πόντον, poſtquam evaſiſti — mare. βέλτερον, ὃς φεύγων προφύγῃ κακὸν, ἠὲ ἁλώῃ, rectius fecerit, qui fugiens effugiat malum, quam ut capiatur, *Il.* Ξ. 81. προφυγόντα μένος καὶ χεῖρας Ἀχαιῶν, qui effugiſſet vim & manus eorum, *Il.* Ζ. 502. οὐ γὰρ αὐτῷ ἵπποι ἐγγὺς ἔσαν προφυγεῖν, non ad manus erant, ut effugeret, *Il.* Λ. 340.

Ἰοειδέα πόντον, *Od.* Ε. 56.

v. 107.

Βοσκομένας δ' εὕρητε βόας, Paſcenteſque inveneritis boves.

Ἴφια μῆλα, pecudes pingues & eximias, *vel* confortantes eum, qui carne earum veſcitur, *Il.* Ε. 556.

v. 108.

Ἠελίου, ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει, *Il.* Γ. 277.

v. 109.

Ἀσινής, έος, ὁ, ἡ, non vexatus, non quaſſatus, non rapinis læſus. ex α pr. & σίνω, σίνομαι, quatio, lædo, noceo. *propr.* raptu & furto concutio fortunas alicujus.

Τὰς εἰ μέν κ' ἀσινέας ἐάας, *pro* ἐᾷς, Si eos boves Solis nulla vexatione rapaci tactos ſinas.

Εἰ νόστου μέδηαι, ſi de reditu cogitaveris, eumque curaveris, wann du für die nach Hauſekunft weislich ſorgeſt.

v. 111.

Εἰ δέ κε σίνηαι, Si autem forte rapinis lædas eos boves, diripias eos. οἵ σφεας σινέσκοντο, *Od.* Ζ. 6.

Τότε τοι τεκμαίρομ' ὄλεθρον, tunc ſane definio, & definitam indico perniciem. Vide ad *Od.* Κ. 563.

v. 112.

Αὐτὸς δ' εἴπερ κεν ἀλύξῃς, wann du auch gleich für deine Perſon davon kommeſt. Vid. ad *Od* Κ. 269.

v. 113.

Ὀψὲ κακῶς νεῖαι, Sero male redibis. ex νέομαι, νέῃ, νέεαι, νεῖαι.

V. 114.

Δήεις δ' ἐν πήματα οἴκῳ, inveniesque infortunia & damna domi : vaticinatur Tireſias Ulyſſi. ſic & imprecatur ei Cyclops, *Od.* I. 535.

Δήω, *Od.* Z. 291.

V. 115.

Ἄνδρας ὑπερφιάλους, Viros inſolentes. ὑπερφίαλος, *Od.* B. 310.

Οἵ τοι βίοτον κατέδουσιν, qui tibi victum comedunt, *vel* opes tuas conſumunt. Vide ad *Od.* B. 237.

V. 116.

Μνώμενοι ἀντιθέην ἄλοχον, Ambientes nobilem uxorem. Vid. ad *Od.* Z. 34.

Ἕδνα διδόντες, munera dantes, vel potius, daturos ſe pollicentes, proci Penelopæ, ut eam ad ſe quiſque pelliciat. πορὼν ἀπερείσια ἕδνα, largiens infinita dona, *Il.* Π. 178.

V. 117.

Κείνων γε βίας ἀποτίσεαι ἐλθὼν, illorum ſane violentias rependes illis & punies veniens. ἀποτίσαι, rependet, retribuet iis, *Od.* A. 268. Γ. 216. Ε. 24.

V. 118.

Μνηστὴρ, *Od.* Γ. 206.

V. 119.

Ἠὲ δόλῳ, ἢ ἀμφαδὸν, i. e. φανερῶς. οὐ σε θέλω βαλέειν λάθρῃ ὀπιπτεύσας, ἀλλ' ἀμφαδὸν, non te volo ferire clam inſidians, ſed vi aperta, *Il.* H. 243.

V. 120.

Ἔρχεσθαι δὴ ἔπειτα, Proficiſci deinde, *ſcil.* jubeo te.

Εὐήρης, εος, ὁ, ἡ, bene aptatus, bene adjunctus: bene paratus, commodus, utilis. ex εὖ & ἄρω, apto, conjungo, apte conficio.

Εὐῆρες ἐρετμὸν, commodum & utilem & aptum remum,] Voici un plaiſant pelerinage que Tireſias fait faire à Ulyſſe, en lui ordonnant de prendre une rame ſur ſes épaules, & d'aller faire reconnoître Neptune dans des lieux où il n'étoit point connu ; car c'eſt ainſi que *le Scholiaſte* l'a expliqué. DAC.

V. 121.

Οἱ οὐκ ἴσασι θάλασσαν, hunc verſum Athenienſis, fugiens Philippum regem, interrogatus, quouſque fugiturus eſſet? ſic recitavit: Εἰσόκε τοὺς ἀφίκωμαι, οἱ οὐκ ἴσασι Φίλιππον, Donec ad eos pervenero, qui Philippum cognitum non habent.

V. 122.

Οὐδέ θ' ἅλεσσι μεμιγμένον εἶδαρ ἔδουσιν, neque ſale mixtum cibum edunt. Intelliguntur homines non nautici, & qui ex maris uſu cibum nullum capiunt.

V. 123.

Φοινικοπάρῃος, ου, ὁ, ἡ, idem quod μιλτοπάρῃος, Od. I. 125. ab ὁ φοῖνιξ, color ruber & ſanguineus, eſtque Epith. *navium*, διὰ τὸ τῆς μίλτου φοινικοῦν.

V. 124.

Τά τε (ἐρετμὰ) πτερὰ νηυσὶ πέλονται, qui (remi) alæ navibus ſunt.

V. 125.

Σῆμα δέ τοι ἐρέω μάλ' ἀριφραδὲς, Signum vero tibi dicam valde conſpicuum & cognitu facile, valde luculentum, & ab aliis diſtinguendum, εὔγνωστον. ſic *Il.* Ψ. 326. ἀριφραδέα δὲ τέτυκται, cognitu facilia enim ſunt, *ibid.*

Οὐδέ σε λήσει, quod te certe non fallet, quod tu certe advertes.

V. 126.

Ὁππότε κεν δή τοι ξυμβλημένος ἄλλος ὁδίτης, Quando utique tibi obviam factus alius viator. Vide ad *Od.* Η. 204.] Homere fait bien garder ici à Tireſias le caractère des oracles, qui déſignoient toujours par quelques circonſtances les lieux où devoient s'accomplir les choſes qu'ils prédiſoient. DAC.

V. 127.

Φήη, *Jon.* pro φαίη, Diceret: Dixerit.

Ἀθηρηλοιγὸς, οῦ, ὁ, *ob metrum* pro ἀθερηλοιγὸς, ventilabrum, eine Wurf-Schaufel. ὁ τῶν ἀθέρων ὀλοθρευτικός. ab ἀθὴρ, έρος, ὁ, ariſta; & λοιγὸς, οῦ, ὁ, cædes, ſtrages, pernicies.

Φήῃ ἀθηρηλοιγὸν ἔχειν ἀνὰ φαιδίμῳ ὤμῳ, Dixerit, te ventilabrum habere in conſpicuo & in oculos incurrente

&

& præſtante (anſehnlichen) humero,] Car de prendre une rame pour *un van*, c'eſt une marque ſûre d'un Peuple qui ne connoit pas la Mer, mais bien l'agriculture; car *le van* eſt un inſtrument dont on ſe ſert pour ſéparer la paille & les ordures du bon grain. Mais il falloit que de ce temps-là le van fût tout autrement qu'il n'eſt aujourd'hui; c'étoit comme une eſpece de pelle, & c'eſt ainſi qu'étoit le van des Hebreux. &c. DAC.

V. 130.

Ἐπιβήτωρ, ορος, ὁ, conſcenſor, der drauf ſteiget. ab ἐπιβαίνω, conſcendo.

- Συῶν τ' ἐπιβήτορα κάπρον, porcorumque conſcenſorem verrem: qui init ſues, der ſie beſpringet.

V. 129. 130.

Ῥέξας ἱερὰ καλὰ Ποσειδάωνι ἄνακτι,

Ἀρνειὸν, ταῦρόν τε, συῶν τ' ἐπιβήτορα κάπρον.]

Un mouton, pour marquer la douceur de la Mer quand elle eſt tranquille; *le taureau*, pour marquer ſa fureur & ſes mugiſſements quand elle eſt irritée; & *le verrat*, pour marquer ſa fécondité, διὰ τὸ ὑγρὸ γόνιμον, dit *Euſtathe*. Ces ſacrifices de trois victimes de differente eſpece étoient appellez τριττυά. DAC.

V. 131.

Οἴκαδ' ἀποστείχειν, *i. e.* νοστῆσαι, Domum revertere. infin. pro imper. σὺ μὲν νῦν αὖθις ἀπόστιχε, revertere jam, *Il.* A. 522.

V. 133.

Ἔξαλος, ου, ὁ, ἡ, extra mare. ἔξαλος θάνατος, (ſic enim legunt accurati codices,) *i. e.* non morieris in mari, etſi valde periclitaris in eo; ſed ἠπειρωτικὸς θάνατος καὶ ἔξω θαλάσσης, mors in continente terra, manet te. Qui legunt diviſim, ἐξ ἁλὸς, exponunt ἐξ pro ἔξω, extra mare, & idem ſentiunt.

V. 134.

Θάνατος ἀβληχρὸς μάλα τοῖος, mors lenis omnino, ἠρεμαῖος, qui non multo dolore differt nos, διὰ τὸ ἄνοσον: vel &, ἀβληχροποιὸς, qui infirmum facit, mors pallida. ἄκρην χεῖρα ἔπηξεν ἀβληχρὴν, extremum brachium, *i. e.* manum

manum vulneravit imbecillam, *τὴν ἀσθενῆ*, *Il.* E. 337. ſermo eſt de Venere, quæ non habet manum validam ad pugnandum.

Ἀβληχρὸς idem quod βληχρὸς, ὰ, ὸν, (cum *α* abundante ab initio,) debilis, infirmus, ſchwach: pallidus, macilentus. quod a *βάλλεσθαι τὸν χρῶν*, vulnerari in cutem vel carnem: vel &, abjicere colorem: vel &, vulnerare cutem tantum, *i. e.* leviter. Ceterum hoc nomen propr. ponitur de carnibus aut carnoſis, quando fiunt flaccida & nervis deſtituta. Germanorum bleich ejusdem pene notionis eſt.

Θάνατός τοι ἐλεύσεται, ὅς κε σε πέφνῃ, de morte naturali, quæ quaſi perſona cædens inducitur.

v. 135.

Γήρᾳ ὑπὸ λιπαρῷ, i. e. εὐδαίμονι, (cui opponitur *τὸ χαλεπὸν καὶ λυγρόν*,) Sub molli & placida & auctoritatis plena ſenectute.

Ἀρημένον γήρᾳ ὑπὸ λιπαρῷ, a quieta & molli ſenectute confectum & viribus orbatum. *ἀρημένος*, *Od.* I. 403.

Ἀμφὶ δέ (σοῦ) λαοὶ Ὄλβιοι ἔσσονται, i. e. εὐδαίμονες. Et hæc magna Principis laus & felicitas, circa ſe habere & moriens relinquere ſuum populum felicem.

v. 136.

Τάδε τοι νημερτέα εἴρω, hæc tibi vera dico. Vide ad *v.* 95.

v. 138.

Τὰ μὲν ἄρ που ἐπέκλωσαν Θεοὶ αὐτοὶ, hæc quidem ſic deſtinarunt Dii ipſi. *ἐπεκλώσαντο δ' ὄλεθρον ἀνθρώποις*, *Od.* Θ. 579.

v. 139.

Ἀτρεκέως κατάλεξον, vere enarra, *Od.* Θ. 572.

v. 141.

Ἡ δ' ἀκέουσ' ἧσται σχεδὸν αἵματος, Illa tacita ſedet prope ſanguinem, nec loquitur ad me. *ἢ ἀκέων τλαίην*, *Od.* K. 52.

Οὐδὲ ὃν υἱὸν Ἔτλη ἐσάντα ἰδεῖν, nec filium ſuum Hucuſque voluit adſpicere. *ἐσάντα ἰδών*, *pro εἰσιδὼν ἄντα*, coram intuens, *Il.* P. 334. coll. *Od.* E. 217.

v. 142.

Προτιμυθέομαι, *pro προσμυθέομαι*, alloquor amice.

v. 143.

v. 143.

Πῶς κέν μ' ἀναγνοίη τοῖον ἐόντα, qua ratione agnoſcere me poſſit, quod ſim is, qui ſum. *ſc.* υἱὸν αὐτῆς.

v. 145.

Ῥηΐδιόν τοι ἔπος ἐρέω, Expeditum & perſpicuum hoc tibi dicam, liquidum hoc. τάφρος περῆσαι οὐ ῥηϊδίη, foſſa, quæ non eſt facilis tranſitu, *Il.* M. 53. οὐ ῥηΐδιά ἐστι δῶρα θεῶν ἀνδράσι δαμῆναι, non facilia ſunt dona Deorum ſuperari ab hominibus, *Il.* Υ. 265.

v. 147.

Ὅδε τοι νημερτὲς ἐνίψει, ille tibi verum & certum indicabit & dicet. οὐ τοῦτον ἐγώ ποτε μῦθον ἐνίψω, hoc ego nunquam dicam, *ſc.* ut matri indicem, ut migret ex ædibus, *Od.* Β. 137.

v. 148.

Ἐπιφθονέω, ſum malevolus contra aliquem, denego alicui.

Ὧι δέ κ' ἐπιφθονέεις, Cui vero invides & non benevole præbes, *ſc.* potum ſanguinis apud inferos.

Ὅδε τοι πάλιν εἶσιν ὀπίσσω, ille tibi regredietur, retro abit. utrumque adverbium notat idem.

v. 150.

Ἐπεὶ κατὰ θέσφατ' ἔλεξεν, *per Tmeſin* pro κατέλεξεν, poſtquam enarravit fata. Vide ad *Od.* Κ. 473.

v. 151.

Αὐτοῦ μένον ἔμπεδον, in loco eo manebam conſtanter.

v. 152.

Πίεν αἷμα κελαινεφὲς, bibit ſanguinem nigrum. Vide ſupra ad *v.* 36.

v. 154.

Πῶς ἦλθες ὑπὸ ζόφον ἠερόεντα; ita ſupra *v.* 57. quibus locis deſignatur ſtatus & habitaculum mortuorum.

v. 155.

Χαλεπὸν δὲ τάδε ζωοῖσιν ὁρᾶσθαι, arduum enim eſt vivis, iſta loca adire & inſpicere: ſermo eſt de locis inferorum.

v. 156.

Μέσσῳ γὰρ μεγάλοι ποταμοὶ καὶ δεινὰ ῥέεθρα, Interjacent enim inter nos & vos magna flumina & gravia fluenta: inquit

inquit umbra matris apud inferos ad Ulyſſem, qui vivus eo deſcenderat. *pro* διὰ μέσου.

V. 157.

Τὸν οὔπως ἐςὶ περῆσαι, quem (Oceanum) non licet tranſire pedibus, ſed opus eſt nave.

V. 158.

Πεζὸν ἐόντ', Pedibus. πεζὸς, ſupra *v.* 58.

Ἢν μή τις ἔχῃ ἐυεργέα νῆα, niſi quis habeat bonam navem. ἐυεργέα νῆα, ſupra *v.* 70.

V. 159.

Ἦ νῦν δὴ Τροίηθεν ἀλώμενος ἐνθάδ' ἱκάνεις, Num jam demum a Troja venis huc, poſtquam diu oberraſti & jactatus es mari? nam ad hoc ἀλώμενος pertinet πολὺν χρόνον, *v.* 160. vagatus diu. ἀλόωνται, *Od.* I. 254.

V. 163.

Χρειώ με κατήγαγεν εἰς Ἀΐδαο, utilitas mea me deduxit ad inferos, & quidem utilitas magna & neceſſaria. *vel* neceſſaria mihi res deduxit me ad inferos; opus mihi fuit, ut deſcenderem.

V. 164.

Ψυχῇ χρησόμενον — Τειρεσίαο, Me uſurum anima — Tireſiæ ad conſultandum divinatorie. Vide ad *Od.* K. 565.

V. 165.

Οὐ γάρ πω σχεδὸν ἦλθον Ἀχαιΐδος, Nondum enim prope acceſſi ad terram Græcam.

Οὐδέ πω ἁμῆς γῆς ἐπέβην, neque noſtram Ad terram acceſſi. μένος ἁμὸν, *Il.* Θ. 178. νέας ἁμὰς, *Il.* N. 96. πόλιν ἁμὴν, *Il.* Π. 830.

V. 166.

Ἀλλ' αἰὲν ἔχων ἀλάλημαι ὀϊζὺν, ſed erro, ſemper habens ærumnam; ſed vagor, ſemper habens miſeriam: inquit Ulyſſes. ἀλάλησθε, *Od.* I. 253.

V. 167.

Τὰ πρώτισθ', (πρώτιςα,) prima vice.

V. 168.

Ἴλιον εἰς ἐὔπωλον, *Od.* B. 18.

Ἐὔπωλος, ὁ, ἡ, bonis equis præditus, wo gute Pferde ſallen, εὔιππος. &, ὡς ἀπὸ μέρους, εὔζωος, bonis pecoribus fortuna-

ortunatus, wo gute Viehzucht iſt. Eſt in Poëta Epith. regionis *Troicæ*, in qua naſcebantur equi inſignes.

V. 169.

Ἀλφεσίβοιος καλάλεξον, v. 139.

V. 170.

Τίς νύ σε κὴρ ἐδάμασσε τανηλεγέος θανάτοιο; Quæ tandem te ſpecies mortis diuturnæ ſubegit?

Τανηλεγὴς, *mortis* Epith. *Od.* Γ. 238.

V. 171.

Δολιχὴ νοῦσος, diuturnus morbus. δολιχὴν ὁδὸν ἀργαλέην τε, eine weite beſchwerliche Reiſe, *Od.* Δ. 393.

Ἄρτεμις — οἷς ἀγανοῖς βελέεσσιν ἐποιχομένη κατέπεφνεν, ſubita mors. Vide ad *Od.* E. 123.

V. 173.

Εἰπὲ δέ μοι πατρός τε, καὶ υἱέος, *ſcil.* περὶ, de.

V. 174.

Ἢ ἔτι πὰρ κείνοισιν ἐμὸν γέρας, Num adhuc apud illos, patrem & filium meum, eſt mea dignitas, quam præ omnibus habui. *i. e.* τὸ τῆς βασιλείας.

V. 177.

Ἔμπεδα πάντα φυλάσσει, ſie erhält alles im vorigen Stande. ἔμπεδα πάντα φυλάσσειν, alles in gutem Stande zu erhalten, *Od.* B. 227.

V. 178.

Ἔγημεν, γῆμ', *Od.* A. 36.

V. 180.

Τετληότι θυμῷ, *Od.* I. 435.

V. 181.

Ὀιζυραὶ — νύκτες, gemituum plenæ — noctes.

V. 182.

Φθίνουσι νύκτες, Conſumuntur noctes, ſie vergehen. μηνῶν φθινόντων, *Od.* K. 470.

Δακρυχέω, *Od.* B. 24.

V. 183.

Ἕκηλος — τεμένη νέμεται, quietus — poſſidet ſua. ἕκηλος, *Od.* B. 311.

V. 184.

Τηλέμαχος τεμένη νέμεται, Telemachus poſſidet agros, fruitur portionibus ſuis agrorum, er hat ſeine Güter im Beſitz und Genuß.

Δαίτας

Δαῖτας ἴσας δαίνυται, κ. τ. λ. epulas æquales Adminiſtrat, quas ſolenne eſt virum principalem obire. Mos enim antiquus, Reges & Judices ad epulas civium ſolennes vocari, ut iis quaſi præeſſent.] C'étoit une coutume ancienne : les Peuples dans tous les feſtins publics invitoient toujours les Rois & les principaux Magiſtrats. Et les Rois & les Magiſtrats honnoroient ces repas de leur préſence. Cela entretenoit l'union des Peuples avec leurs Chefs, & faiſoit que les Rois regardoient leurs Sujets comme leurs enfans, & que les Sujets regardoient les Rois comme leurs peres. Les Rois & les Magiſtrats étoient-là comme les Dieux, & jouiſſoient du plaiſir de ſe voir regardez comme les auteurs du bonheur & de la joie des Peuples par la ſageſſe de leur gouvernement. DAC.

V. 185.

Ἃς ἐπέοικε δικασπόλον ἄνδρ' ἀλεγύνειν, de Telemacho, qui velut Prorex, abſente Ulyſſe, patrimonium non ſolum ſuum obtinebat, ſed & ad epulas publicas aut ſolennes adhibebatur, quibus ſolebat adeſſe Princeps populi, iisque præſidere.

Δικασπόλος, ου, ὁ, qui cum cauſſis forenſibus verſatur, qui jura & mores adminiſtrat, judex, δικαστὴς, & idem fere qui βασιλεύς. σκῆπτρον ἐν παλάμης φορέουσι δικασπόλοι, οἵ τε θέμιστας πρὸς Διὸς εἰρύαται, qui jura tuentur & conſervant nomine Jovis, *Il.* Α. 238. 239.

Ἀλεγύνειν. ſenſus eſt non Activus, quaſi Telemachus curare debeat cœnas ; ſed, quibus cœnis æquum eſt, Judicem magnum accipi & curari : ut ad ἃς ſit Ellipſis, κατὰ ἅς. θοὴν ἀλεγύνετε δαῖτα, *Od.* Θ. 38.

V. 186.

Πάντες γὰρ καλέουσι, *ſc.* αὐτὸν, ἐπὶ τῆς εἰς δεῖπνον κλήσεως: nam mos erat antiquus, Reges vocari ad epulas ſolennes, iisque præeſſe ; ut ex contextu apparet.

V. 187.

Οὐδὲ πόλινδε κατέρχεται, neque in urbem venit *aut* redit.

V. 188.

Δέμνια, καὶ χλαῖναι, καὶ ῥήγεα σιγαλόεντα. Conf. FEITH *L. III. C. VIII. §. III. & IV.*

V. 189.

v. 189.

Χεῖμα, *pro* κατὰ χεῖμα, hiemali tempore. χεῖμα, *Od.* Η. 118.

v. 190.

Ἐν κόνι, (*per Apoc.* pro κόνιϊ,) In cinere, humi.

Ἄγχι πυρὸς, prope *vel* juxta ignem, *i. e.* focum.

Κακὰ δὲ χροὶ εἵματα εἶται, viles vero veſtes corpori induere ſolet, in luctu magno: quales veſtes in Sacris vocantur ſaccus, grobe und ſchlechte Kleider.

v. 191.

Ἐπὴν ἔλθῃσι θέρος, ſi adveniat æſtas. θέρευς, *Od.* Η. 118.

Τεθαλυῖά τ' ὀπώρη, & lætus *ſeu* floridus primus autumnus. τεθαλυῖα τ' ἀλωὴ, *Od.* Ζ. 293.

Ὀπώρα, ας, ἡ, autumnus incipiens. Eſt compoſitum nomen ab ὁ ὀπὸς, ſuccus, *in ſpecie* pomorum maturorum; & ἡ ὥρα, anni tempus: ut notetur id tempus, quo poma & ejusmodi arborum vel plantarum eſculenta ſunt matura ad fruendum. ἀςὴρ, ὅς ῥά τ' ὀπώρης εἶσιν, ſtella, quæ etiam in autumno vadit, *ſc.* una cum ſole, *Il.* Χ. 27. & ad Genitivum deeſt καιρῷ. Ceterum *h. l.* per hoc additum determinatur ſirius, ut diſtinguatur ab aliis ſtellis; non vero de ipſo illo tempore *h. l.* ſermo eſt.

v. 192.

Κατὰ γουνὸν ἀλωῆς οἰνοπέδοιο, Vide ad *Od.* Α. 193.

v. 193.

Φύλλων κεκλιμένων, Ex foliis humi jacentibus & ſtratis.

Χθαμαλαὶ — εὐναὶ, humi ſtrata — cubilia: ubi in humo folia erant ſtrata, quibus incubabat ſenex dormiturus. *coll.* 187. 188. Tales lectos habebant οἱ χαμαιεῦναι, niſi quod, loco foliorum, poterant ſumi culmi frumentorum aridi. Talis lectus dicitur & ἡ ςιβὰς, άδος. αὐτὴ δὲ χθαμαλὴ κεῖται, *Od.* Κ. 196.

Βεβλήαται, *pro* βέβληνται, jacent, ſtrata ſunt.

v. 194.

Ἔνθ' ὅγε κεῖτ' ἀχέων, Hic ille jacet gemens. Vide ad *Il.* Β. 694. Ε. 399.

Μέγα δὲ φρεσὶ πένθος ἀέξει, magnum enim luctum in pectore fovet & alit. ἀέξετο κῦμα, *Od.* Κ. 93.

v. 195.

Σὸν πότμον γοόων, Tuam mortem lugens.

Χαλεπὸν δ' ἐπὶ γῆρας ἱκάνει, *per Tmeſin*, pro ἐφικάνει, moleſta *vel* gravis autem ſenectus ſupervenit ſuper eum.

Ἐφικάνω, advenio, contra & ſuper venio.

V. 196.

Οὕτω γὰρ καὶ ἐγὼν ὀλόμην, *pro* ὠλόμην, Sic & ego mortua ſum, *ſc.* deſiderio tui contracta morte: σὲ ποθῶ τέθνηκα.

Καὶ πότμον ἐπέσπον, & fatum obii: inquit umbra matris de ſe & Laërte ad Ulyſſem. πότμος plurimis locis notat mortem. Semel autem de alia fortuna in genere eſt *Od.* Κ. 245. ἑτάρων ἀδευκέα πότμον ἐρέων, ſociorum amarum fatum nuntiaturus, quod mutati ſint in porcos, quæ tamen erat ſpecies mortis.

V. 197.

Εὔσκοπος, *Dianæ* Epith. Vide ad *Od.* Η. 137.

V. 198. 199.

Vide ſupra ad *v.* 171.

V. 200.

Τηκεδὼν, όνος, ἡ, diſſolutio, tabes. a τήκω, liqueſcere aut contabeſcere facio. τηκεδόνι στυγερῇ, tabe triſti, durch Gram und Kummer.

Οὔτις νοῦσος ἐπήλυθεν, ἥτε — Τηκεδόνι στυγερῇ μελέων ἐξείλετο θυμὸν, nullus morbus ſupervenit mihi, qui — Tabe odioſa eripuit mihi vitam e corpore, *vel* membris exemit vitam.

V. 201.

Σός τε πόθος, deſideriumque tui, mœror ob te amiſſum: inquit matris umbra ad Ulyſſem.

Σά τε μήδεα, tuaque prudentia.

V. 202.

Σή τ' ἀγανοφροσύνη, Tuaque comitas *ſeu* humanitas *Il.* Ω. 772.

Μελιηδὴς θυμὸς, anima & vita dulcis: quod *Metaphorice* dictum; nihil enim vita dulcius homini. μελιηδέα οἶνον, *Od.* Ι. 208.

Ἐμὲ θυμὸν ἀπηύρα, mihi vitam abſtulerunt. ἀπηύρα, *Od.* Δ. 646.

V. 203.

Φρεσὶ μερμηρίξας, Vid. ad *Od.* Κ. 438.

V. 204.

v. 204.

Μητρὸς ἐμῆς ψυχὴν ἑλέειν ἔθελον, Matris meæ animam complecti volebam.

v. 205.

Τρὶς μὲν ἐφωρμήθην, Ter quidem accedebam cupide. οὐδ' ἥ γ' ὡρμήθησαν ἐπ' ἀνδράσι, pro ἐφωρμήθησαν, *Od.* K. 214.

v. 206.

Σκιῇ εἴκελον, ἢ καὶ ὀνείρῳ, umbræ ſimilis, vel & ſomnio.

v. 207.

Ἔπτατ', Avolavit. ἔπτατο, *Il.* Ψ. 880.

Ἐμοὶ δ' ἄχος ὀξὺ γενέσκετο (*Jon.* pro ἐγένετο) κηρόθι μᾶλλον, mihi vero dolor acutus ortus eſt in animo magis.

Ἄχος ὀξὺ, *Il.* Τ. 125. Χ. 425.

Κηρόθι, *Od.* Ι. 480.

v. 210.

Φίλας περὶ χεῖρε βαλόντε, circumdantes collo manus noſtras.

v. 211.

Ὄφρα ἀμφοτέρω κρυεροῖο τεταρπώμεσθα γόοιο, Ut ambo moleſto ſatiemur luctu. κρυερῦ φόβυ, fugæ frigidæ & horrentis: & opponitur ei ἡ ἀλκὴ, fortitudo firma, *Il.* N. 48. γόυ κρυεροῖο ὄτις πρῆξις, lucrum, effectus utilis, *Il.* Ω. 524. αἰψηρὸς κόρος κρυεροῖο γόοιο, *Od.* Δ. 103.

Τεταρπώμεσθα γόοιο, *Il.* Ψ. 10. & 98. ταρπώμεθα ὕπνῳ ὑπὸ γλυκερῷ, *Il.* Ω. 636. τετάρπετο γόοιο, *ibid.* 513.

v. 212.

Ἦ τί μοι εἴδωλον τόδ' — Περσεφόνεια Ὤτρυν', Aut cur mihi umbram hanc *vel* imaginem hanc — Proſerpina miſit, ut magis doleam, nec fruar? εἴδωλον, v. 83.

Ἀγαυὴ Περσεφόνεια, ſuſpicienda & reverenda Proſerpina.

v. 213.

Ὄφρ' ἔτι μᾶλλον ὀδυρόμενος στεναχίζω, *Od.* I. 13.

v. 215.

Ὦ μοι τέκνον ἐμὸν, O mi fili! ὤ μοι, *Il.* A. 149.

Περὶ πάντων κάμμορε φωτῶν, ſupra omnes infelix viros. κάμμορος, *Od.* E. 339.

v. 216.

Ἀπαφίσκω, idem quod ἀπαφάω, quod *Æol.* pro ἀπατάω, decipio, ich äffe, betriege.

 Οὔτι

Οὔτι σε Περσεφόνεια — ἀπαφίσκει, non te Proſerpi decipit, deludit.

V. 217.

Αὕτη δίκη ἐςὶ βροτῶν, ὅτε κέν τε θάνωσιν, hæc eſ mortalium, quando mortui fuerint, das iſt ihre We

V. 218.

Οὐ γὰρ ἔτι σάρκας τε καὶ ὀςέα ἶνες ἔχουσιν, Non amplius carnesque & oſſa nervi continent; ſerm de umbris apud inferos: οὐ νεύροις ἔτι κατὰ φύσιν ζ διοικουμένοις συνέχονται αἱ σάρκες καὶ τὰ ὀςᾶ. Conf. PAI *Obſervat. ad Luc. XXIV:* 39. Ὅτι αὐτὸς ἐγώ εἰμι — ὅτι μα σάρκα καὶ ὀςέα οὐκ ἔχει.

V. 219.

τὰ μέν τε πυρὸς κρατερὸν μένος αἰθομένοιο Δαμνᾷ, e dem ignis ardentis vehemens robur Superat & con

V. 220.

Δαμνάω, *Il.* E. 391. Π. 103.

V. 221.

Ψυχὴ δ', ἠΰτ' ὄνειρος, ἀποπταμένη πεπότηται, Anima tanquam ſomnium, avolans avolavit. ἀπὸ δ' ἔπτα μὸς, *Od.* K. 163.

Πεπότηται. deponentialiter poſitum. ſic & *Il.* B. 9 μέν τ' ἔνθα ἅλις πεποτήαται, αἱ δέ τε ἔνθα, *ſc.* μέ apes: aliæ hic confertim volitant, aliæ alibi. *col* ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσι, huc que volitant luſitantes & oblectantes ſe alis: de gr & cygnis, *ibid.* 462.

V. 222.

Ἀλλὰ φόωςδε τάχιςα λιλαίεο, *ſc.* ἱκέσθαι, inquit matris ad Ulyſſem apud inferos: At tu celerrime a cem ſuperam ſtude venire; & eſt Imperativus. λι *Od.* I. 451.

V. 223.

Ἴσθ' (*pro* ἴσθι) ταῦτα δὲ πάντα, — ἴσθι, *Od.* B. 35

V. 224.

Νῶϊ μὲν ὡς ἐπέεσσιν ἀμειβόμεσθ', Nos ſic alternab inter nos verbis, wir wechſelten ſo Worte mit eina

V. 226.

Ἀριςεύς, *Od.* Z. 34.

V.

v. 227.

'Αολλέες ἠγερέθοντο, *Od.* Γ. 412.

v. 228.

Βύλευον, ὅπως ἐρέοιμι ἑκάστην, conſultabam mecum, quomodo interrogarem ſingulas

v. 230.

Τανύηκες ἄορ, *Od.* K. 439.

v. 231.

Ἔιων, ſinebam. *pro* ἔιαον.

v. 232.

Προμνηςῖνοι, αι, α, ſic ut alter alterum maneat; ſic euntes & procedentes, ut non omnes ſimul, ſed unus poſt alium procedat. ſunt προμενετῖνοι, οἱ προμένοντες ἀλλήλους, καὶ μὴ ἅμα πάντες προϊόντες, einer nach dem andern, nicht alle zugleich. Eſt a προμένω; quod & προμενέω, fut. νέσω & νήσω: & ab hoc poſteriori oritur προμενηςῖνος, per *Sync.* προμνηςῖνος.

Αἱ δὲ προμνηςῖναι ἐπήισαν, Illæ vero (umbræ fœminarum illuſtrium, apud inferos) accedebant una poſt aliam. *pro* ἐπήεισαν. plusq. perf. Med. v. ἔπειμι, adeo.

v. 233.

Ἐξαγορεύω, enuntio, narro liquido.

Ὃν γόνον ἐξαγόρευεν ἑκάςη, Suum genus enarrabat quæque, Suam ſtirpem, ex qua deſcendat, narrabat quævis.

v. 234.

Τυρὼ, όος, ἡ, Heroina celeberrima, quæ peperit quinque filios inclytos, filia Salmonei, quo mortuo accurate eſt educata a Deioneo patruo ſuo; devirginata a Neptuno; nuptum deinde data Cretheo, etiam patruo. Fuit avia paterna Neſtoris, *Od.* B. 120.

Ἐυπατέρεια, nobilis, *Il.* Z. 292.

v. 235.

Σαλμωνῆος ἀμύμονος, qui egregius fuit mechanicus, præter nobilitatem natalium & principalis dignitatis; & & de quo Recentiores finxere, quod, imitatus tonitrua, a Jove ſit fulmine percuſſus.

Ἣ φάτο Σαλμωνῆος ἀμύμονος ἔκγονος εἶναι, Quæ dicebat, ſe Salmonei nobilis filiam eſſe, ἡ παῖς. εἰ ἐτεόν γε κείνου ἔκγονός ἐσσι, ſiquidem vere illius filius es, *Od.* Γ. 123.

V. 237.

Ἡ ποταμοῦ ἠράσσατ', Ἐνιπῆος θείοιο, Quæ fluvium adamavit, Enipeum divinum. τῆς δὲ Ἀργειφόντης ἠράσατ', ejus amore capiebatur Mercurius: de puella formoſa, *Il* Π. 181. ὁπότε ἠρασάμην Ἰξιονίης ἀλόχοιο, inquit Jupiter: cum amore conjugis Ixioniæ caperer, *Il.* Ξ. 317. τάων (ἵππων) καὶ Βορέης ἠράσσατο, has etiam Boreas adamavit, & coiit cum iis, *Il.* Υ. 223.

V. 238.

Κάλλιστος ποταμῶν ἐπὶ γαῖαν ἵησι, *ſc.* ὕδωρ. hoc ἵησι ſæpe abſolute ponitur pro *jaculatur*, aut pro *fluit*. Vide ad *Od.* Η. 130. Ι. 499.

V. 239.

Πωλέσκετο] *verſari ſolebat.* Vide ad *Il.* Α. 37. Β. 221. CLARK.

Ἐπ' Ἐνιπῆος πωλέσκετο καλὰ ῥέεθρα, ad Enipei amnis pulcra fluenta frequens verſabatur illa fœmina, utpote quæ adamaverat hunc fluvii præſidem: habitabat ibi, itabat eo.

V. 240.

Τῷ δ' ἄρα εἰσάμενος —, Huic ſimilem ſe faciens Neptunus.

V. 241.

Ἦλθον Τειρεσίαο κατὰ χρέος, κ. τ. λ. Veni, quia mihi opus eſt, Tireſia, ſi aliquod conſilium mihi dicat, quomodo in Ithacam venire poſſim. χρέος ergo hîc non notat ὀφειλὴν, ſed ſimpliciter χρειῶδες πρᾶγμα, χρείαν. Quidam tamen hîc τὸ χρησμῴδημα intelligunt, oraculum, vaticinium utile.] Ὅτι χρέος οὐ μόνον ἐπὶ ὀφειλῆς, — ἀλλὰ καὶ τὸ χρειῶδες πρᾶγμα, καὶ αὐτὴ ἡ χρεία. Οἷον, Ἦλθον Τειρεσίαο κατὰ χρέος. Τινὲς δὲ τὸ Τειρεσίαο κατὰ χρέος, ἀντὶ τοῦ χρησμῴδημα φασίν. *Euſtath.* Quarum poſtrema potior interpretatio CLARK. Quæ mihi non placet. Nam nec doceri poteſt, χρέος ſic dici Græcis: nec κατὰ χρέος poteſt ſignificare, ut opinor, *propter vaticinium*, i. e. vaticinii expetendi cauſa, ſed *ex vaticinio*, ut apud *Virgil.* Æn. VI. 535 *An monitu Divûm venis?* & de vaticinio ſatis dicitur in ſequentibus. ERN.

v. 479.

Ἰθάκην — παιπαλόεσσαν, Ithacam — arduam, excelſam, aſperam. παιπαλόεις maxime eſt Epith. *inſularum eminentium ſupra mare*, vel & *ſaxoſarum*. Vid. etiam ad *Od.* Κ. 148.

v. 480.

Οὐ γάρ πω σχεδὸν ἦλθον Ἀχαιΐδος, Nondum enim prope acceſſi ad terram Græcam.

Οὐδέ πω ἁμῆς Γῆς ἐπέβην, ſupra *v.* 165.

v. 482.

Σεῖο δ᾽, Ἀχιλλεῦ, οὔτις ἀνὴρ προπάροιθε μακάρτατος, οὔτ᾽ ἄρ᾽ ὀπίσσω, Nemo ante te felicior, neque in poſterum poſt te erit. Superlativus eſt comparative poſitus. Conf. FISCH. *Animadv. in Gramm. Gr.* WELLERI *p.* 303.

v. 483.

Πρὶν μὲν γάρ σε ζωὸν ἐτίομεν, ἶσα θεοῖσιν, Vide ſupra ad *v.* 303.

v. 484.

Νῦν αὖτε μέγα κρατέεις νεκύεσσιν, nunc rurſus præſtans es longe inter mortuos: inquit Ulyſſes vivus ad Achillis umbram apud inferos. *coll.* 490. ὃς μέγα πάντων Ἀργείων

γείων κρατέει, de Agamemnone, *Il.* A. 79. πάντων μὲν κρατέειν ἐθέλει, πάντεσσι δ' ἀνάσσειν, omnes vi ſua ſuperare vult, *ibid.* 288. ὅστις ὅδε κρατέει, quisquis iſte fortia facta edit & vincit, *Il.* E. 175.

v. 485.

Τῷ μήτι θανὼν ἀκαχίζευ, *pro* ἀκαχίζου, igitur nequaquam indignare & geme, quod mortuus ſis. μή μοί τι λίην ἀκαχίζεο θυμῷ, ne mihi valde luge animo; ne ſis triſtis mea cauſſa, *Il.* Z. 486.

v. 487.

Παραυδάω, hortor; ſolor, ich rede zu, muntere auf mit Worten, preiſe an, prædico.

Μὴ δή μοι θάνατόν γε παραύδα, Ne mihi mortem ut rem ſolatio idoneam allega, Ne mihi mortem prædica, preiſe mir ihn nicht an. nam Achilles mortuus contemnit omnes glorias poſt mortem habendas; mavult vivus eſſe inglorius.

v. 488.

Ἐπάρουρος, ου, ὁ, ἡ, eſt ὁ γῆν ἐργαζόμενος, ein Landmann. item ſimpliciter ὁ ἐπίγειος, ein irdiſcher. βουλοίμην κ' ἐπάρουρος ἐὼν θητευέμεν ἄλλῳ Ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ, inquit anima Achillis ad Ulyſſem: Mallem ſane & in agris vivens mercenariam operam locare apud hominem alium non divitem. Poſſet tamen & in ſenſu altero eſſe, inter ſuperos qui in terra vivunt exiſtens. Alii legunt πάρουρος, i. e. εἰς φυλακήν τινα τεταγμένος μισθωτικῶς, ein Hüter worüber, ein Unterhüter: οὖρος γὰρ ὁ φύλαξ, qui & ἐπίουρος. Sed communis lectio præſtat.

Θητεύω, operam mercenariam loco & facio, Dienſte thun um Lohn. Triplex hic eſt humiliatio, θητεύειν, ἐπάρουρος, in agro ruſtico, ἀκλήρῳ, homini ruſtico non diviti. Tam præfert nobiliſſimus ille Achilles vitam inter ſuperos ſtatui mortuorum, ut malit ita ſervire, quam rex eſſe omnium mortuorum. θητεύσαμεν εἰς ἐνιαυτὸν, inquit Neptunus de ſe & Apolline, quod Mercenarii ſervierint Laomedonti in annum, *Il.* Φ. 444.

v. 489.

Ἄκληρος, ου, ὁ, ἡ, qui non habet partem agri propriam, qui non habet facultates proprias, ὀλιγόκληρος, pauper. nam βίοτος & κλῆρος ſæpe ſunt idem. ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς ὤη, prius explicatur per poſterius.

Ὧι μὴ βίοτος πολὺς εἴη, der nicht viel zu leben hätte, nicht viel Güter.

v. 490.

Ἢ πᾶσι νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν, Quam omnium mortuorum dominum eſſe.

v. 488 — 490.

Cum acceſſiſſet ad foveas poſt plures alias *umbra Achillis*, occaſionem arripit Poëta, illum præ ceteris honorandi. Ut enim obſervat *Spondanus*, ne mortuum quidem deſerit, ejusque laudi & gloriæ omnibus modis velificari nititur. Itaque Ulyſſem inducit de eo dicentem, non ſolum inter vivos principem omnium Achillem extitiſſe; ſed eadem inter mortuos auctoritate frui, quibus imperare dicit. Quaſi nihil ſit, aut ſane parum, tantum Heroa apud vivos hac eminentia extitiſſe, ſi eadem illi apud mortuos non propagaretur. Cum autem, ſe vita orbatum eſſe, iniquo animo ferret Achilles, decus hoc ſibi collatum, mortuis imperitandi, ad eum conſolandum magnopere extollit Ulyſſes.

Sed quod Achilles reſponderit, ſe pauperem & egenam, ſervilemque vitam, huic imperio animarum anteponere, ex eo *Spondanus* colligit, non agnoviſſe Homerum vulgaria illa mortis lenimenta ex humanarum calamitatum liberatione, aut ex felicitatis, quæ poſt mortem poſſit contingere, reſpectu, adeoque placuiſſe ſibi hujus lucis uſuram, ut nihil apud inferos tam beatum, aut regium & magnificum ſit, quod ei comparandum exiſtimet. Dictum autem illud tam indignum Heroë putavit *Plato*, tamque indecorum, ut ob id maxime Homerum e Republica expuliſſe feratur.

Certe hic locus mire torquet Interpretes, qui, ut tantum Vatem defenderent, & extra culpam ponerent, alii aliud comminiſcuntur. Credidit *Daceria*, optimo

uſum

uſum eſſe artificio Poëtam, dum facit Achillem mortuum diverſum ab Achille vivo. Inducens ſiquidem Achillem vivum gloriam ac famam nominis longævæ vitæ præferentem; mortuum vero ſervilem magis optantem in terris vitam, quam mortuorum imperium: Achillem veluti geminat, & inter utrumque Achillem lepidam inſtituit pugnam; præſertim cum mirum non ſit, ſi quis mortuus aliter ſentiat, ac ſentiret vivus: quid enim tam contrarium, quam vita morti? Equidem neque *Daceriæ*, neque *Spondano*, neque aliis aſſentior. Exiſtimo enim, ita loquentem inductum ab Homero Achillem, tum quia omnes mortuorum animas naturæ inſtinctu avidiſſimas vitæ facit, adeoque maxima illa bibendi ſanguinis cupiditate incenſas, quam — obſervabamus; tum quia, qui ſic loquitur, non integer Achilles eſt, ſed Achillis umbra: quare quid abſurdum, aut decoro adverſum, ſi forte Achillis umbra de vitæ gloriæque amore diſſerens deſipiat, cum apud inferos ſolus Tireſias ſapiat? RICC. *Diſſ. Hom. Tom. III.* 135. *ſqq.*

V. 491.

Μοὶ τῦ παιδὸς ἀγαυῦ μῦθον ἔνισπε, mihi de filio meo illuſtri narra.

V. 492.

Ἦ ἔπετ' ἐς πόλεμον πρόμος ἔμμεναι, ἦε καὶ ὐκί, An una it in pugnam ſic, ut ibi ſit inter primos, an vero non. ἀριςῆα πρόμον ἔιναι, fortem heroëm eſſe eum in prima acie & ante aciem, *Il.* Γ. 44. πρόμος ἔμμεναι Ἕκτορι, ut ante aciem concurrat ſingulari certamine cum Hectore, *Il.* Η. 75. μηδὲ πρόμος ἵςασο τῦτῳ, neque conſiſte pugnaturus ſolus præ aliis contra hunc, *Il.* Χ. 85.

V. 493.

Πηλῆος ἀμύμονος ἔι τι πέπυσσαι, *pro* πέπυσαι, de Peleo nobili ſi quid audiſti. perf. Paſſ. πέπυσμαι, v. πεύθομαι, deponentialiter ponitur; audivi, certior factus ſum fama. μήτηρ ὔ τι πέπυςαι, mater nondum aliquid audivit, *Od.* Β. 411.

V. 494.

Ἦ ἔτ' ἔχει τιμὴν πολέσιν μετὰ Μυρμιδόνεσσιν, An adhuc habet dignitatem ſupremam apud multos Myrmidonas.

V. 495.

Ἦ μιν ἀτιμάζουσιν, An eum in pretio non habent, contemnuntque.

V. 496.

Οὕνεκά μιν κατὰ γῆρας ἔχει χεῖράς τε πόδας τε, Eo quod ſenectus vinctum eum tenet, quod attinet manusque pedesque nam ſenectus dicitur hinc δεσμὸς φύσεως, vinculum & carcer naturæ.

V. 497.

Ἐπαρωγὸς, ȣ, ὁ, ἡ, *idem quod* ἀρωγὸς, auxilians, *Il.* Δ. 235.

Ὑπ' αὐγὰς ἠελίοιο, ſub ſole, unter der Sonne, *i. e.* in terra. *Od.* B. 181.

V. 499.

Πέφνον λαὸν ἄριστον, Cædebam fortiſſimos viros.

Ἀμύνων Ἀργείοισιν, ſtrenue pugnans pro Argivis.

V. 500.

Εἰ τοιόσδ' ἔλθοιμι μίνυνθά περ ἐς πατέρος δῶ, Si talis ire poſſem, vel ad breve tempus, in patris mei domum: inquit mortuus Achilles.

V. 501.

Τῷ κε τέῳ (*pro* τινὶ) στύξαιμι μένος καὶ χεῖρας, Tunc ſane alicui *vel* tali horrere facerem robur meum & manus meas. Aperte *h. l* eſt in ſenſu Activo & Tranſitivo poſitum verbum: εἰς ἔκπληξιν ἀγάγοιμί τινα. νῦν δ' ἐμὲ μὲν στυγέει, Θέτιδος δ' ἐξήνυσε βȣλὰς, inquit Minerva de Jove: nunc autem me averſatur & abhorret, & Thetidis voluntates explere vult, *Il.* Θ. 370. στυγέῃ δὲ καὶ ἄλλος, ut & alius horreat & vereatur ita agere, *Il.* A. 186.

Χεῖρας ἀάπτȣς, manus violenter impetentes. Eſt Epith. *manuum fortiſſimarum*, quæ multum damni inferre poſſunt adverſariis, & quæ certiſſime percellunt obſtantia. De manibus Jovis eſt *Il.* A. 567. Ajacis, *Il.* N. 77. de Trojanis bellatoribus, *Ibid.* 49.

V. 502.

v. 502.

Οἱ κεῖνον βιόωνται, *pro* βιῶνται, Qui ei injuriam faciunt ii. βιήσατό με κῦμα, *Od.* H. 278.

Ἐέργουσίν τ' ἀπὸ τιμῆς, eumque ſeparant & diſtinent ab honore ei debito; eum arcent ab honore ſuo & digni-tate.

v. 504.

Πηλῆος — οὔτι πέπυσμαι, de Peleo — nihil audivi, quod pro certo ſcirem, *coll.* 493.

v. 505.

Αὐτάρ τοι παιδός γε —, Sed tibi de filio —.

v. 506.

Πᾶσαν ἀληθείην μυθήσομαι, Nil niſi verum dicam.

v. 507.

Αὐτὸς γάρ μιν ἐγὼ] Narrat hoc *Ulyſſes*, quia (uti recte annotavit *Dna. Dacier*) poſt *Achillis* mortem accidit. Quippe dum is in vivis erat, *Trojæ* obſidioni non adfuit *Neoptolemus*. CLARK.

v. 508.

Σκῦρος, ου, ἡ, inſula & oppidum in mari Ægeo prope Eubœam. Subjecta fuerat imperio Pelei: & rebellem eam denuo ſubegerat Achilles.

v. 509.

Ὅτ' — φραζοίμεθα βουλάς, Quando — deliberaremus, Quando — diceremus ſententias.

v. 510.

Αἰεὶ πρῶτος ἔβαζε, Semper primus loquebatur.

Καὶ οὐχ ἡμάρτανε μύθων, nec offendebat verbis; inquit Ulyſſes de Neoptolemo ad patrem ejus, inter reliquas laudes: non labebatur verbis; non aberrabat a verbis dicendis, *i. e.* recte dicebat dicenda.

v. 511.

Νέστωρ — καὶ ἐγὼ νικάσκομεν (*Jon.* pro ἐνικῶμεν) οἴω, Nos duo ſoli contendebamus cum eo de principatu in hac re.

v. 512.

v. 512.

Μαρνάμεθ᾽, pugnabamus.

v. 513.

Οὔποτε ἐς πληθὺν (*Attice* pro ἐν πληθυΐ) μένεν ἀνδρῶν, οὐδ᾽ ἐν ὁμίλῳ, laus eſt Neoptolemi, filii Achillis: Nunquam in multitudine ſuorum incluſus manebat; ut ἐν ὁμίλῳ idem ſit ac ἐν πληθυΐ.

v. 514.

Ἀλλὰ πολὺ προθέεσκε, Sed longe procurrebat ſolus vel cum paucis, ſeque periculo offerebat. ita *Il.* X. 459. (κατὰ) τὸ ὃν μένος οὐδενὶ εἴκων, ſuo robore & vi animi nemini cedens: μηδενὶ ὑπάγων καὶ ὑποτάσσων ἑαυτὸν, οὐδενὶ κατὰ τὸ μένος ὑποτασσόμενος: ὃ δὴ ἀγηνορία ἐστίν. ita *ibid.*

v. 515.

Ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι, i. e. πολλοὺς ἀνεῖλε μαχόμενος. δηϊοτὴς, *Od.* Z. 203.

v. 516.

Μυθήσομαι, οὐδ᾽ ὀνομήνω, Vide ad *v.* 327.

v. 518.

Τηλεφίδην] υἱὸν τοῦ Τηλέφου. *Schol.*

Κατεναίρω, *idem quod* ἐναίρω, tollo occidendo, occido.

v. 520.

Κήτειος, α, ον, ad magna animalia maris pertinens. & *Metaph.* valde magnus. *vel* ☉, ad maritimos pertinens. Hic Homeri locus eſt unus ex vexatiſſimis, ob defectum Hiſtoriæ: nam quidam exponunt, μεγάλοι; aliis eſt nomen proprium gentis in Myſia, qui poſtea Ἐλεάται dicti, & torrens ibi eſt ὁ Κήτειος, de quo vide *Strabonem*; alii ſcribi malunt κήδειοι, i. e. κηδεσταὶ, συγγενεῖς, neceſſarii, cognati; vel omnino pro, κήδιστοι. Alibi & οἱ μισθωτοὶ, mercenarii, vocabantur κήτειοι, *Metaph.* διὰ τὸ ἀκόρεστον, ob voracitatem. Ceterum talia Adjectiva, a nominibus in ος neutrius generis deſcendentia, amant terminationem ειος, ſed ab ος maſculini generis, terminantur in ιος.

Γύναιος, ου, ὁ, ἡ, muliebris, mulieri gratus.

Γυναίων

Γυναίων εἵνεκα δώρων, ob dona mulieri grata vel data: nam Priamus matri & uxori magna dona miſerat, ut perſuaderent Eurypylo, ut cum auxiliis multis Trojanos juvaret; vel & Priamus unam filiarum ſuarum promiſerat Eurypylo.

v. 523.

Ἐμοὶ δ' ἐπὶ πάντ' ἐτέταλτο, mihi autem omnino commiſſum erat, ſic vel ſic agere. ſic *Il.* B. 643. τῷ δ' ἐπὶ πάντ' ἐτέταλτο ἀνασσέμεν Αἰτωλοῖς, omnino permiſſum ei erat, imperare iis.

v. 524.

Ἠμὲν ἀνακλῖναι πυκινὸν λόχον, ἠδ' ἐπιθεῖναι, Vel aperire condenſatas & probe tectas inſidias, vel occluſas tenere. Sermo eſt de equo ligneo, in quo incluſi erant Græci, quibus præerat Ulyſſes, ut is vel exire inde vel manere juberet. Ὥραις ἐπιτέτραπται οὐρανὸς, ἠμὲν ἀνακλῖναι πυκινὸν νέφος, ἠδ' ἐπιθεῖναι, Horis commiſſum eſt cœlum, ut vel removeant & aperiant denſam nubem, vel concluſam habeant, *Il.* E. 750. 751.

Ἠμὲν ἀνακλῖναι — λόχον, Ut vel aperire poſſet has latebras. ἀνακλινθεὶς πέσεν ὕπτιος, *Od.* I. 371.

Πυκινὸν λόχον, occultas, obtectas inſidias, *Il.* Ω. 779.

Ἠδ' ἐπιθεῖναι, vel operire, occultas tenere, *ſc.* in equo illo ligneo.

v. 525.

Ἡγήτορες, ἠδὲ μέδοντες, utrumque eſt idem; omnes enim erant duces magni. Vid. ad *Il.* B. 79.

v. 526.

Ὀμόργνυμι, idem quod ὀμόργω, & μόργω.

Δάκρυά τ' ὠμόργνυντο, Lacrimasque abſtergebant ſibi; *i. e.* flebant.

Τρέμεν δ' ὑπὸ γυῖα ἑκάστου, quod & Heroibus accidit tempore magni periculi. Apparet tamen *h. l.* non nimium tremorem innui, ſed motum aliquem pedum, quaſi convertere ſe ad fugiendum conantium.

v. 528.

Ὠχράω, palleo, palleſco, ich bin blaß, oder auch mißfärb.

miſsfärbig. ab ὤχρος, ου, ὁ, defectus coloris vividi, pallor.

Οὔτ' ὠχρήσαντα (κατὰ) χρόα κάλλιμον, Neque palleſcentem in cute pulcra, *i. e.* in vultu.

Οὔτε παρειῶν δάκρυ' ὀμορξάμενον, hoc eſt conſequens præcedentis vel largi fletus.

v. 529.

Δάκρυ' ὀμορξάμενος, *Od.* Θ. 88.

Ὁ δέ με μάλα πόλλ' ἱκέτευεν, ille autem me multum orabat. τὴν ἱκέτευσα, *Od.* Η. 292.

v. 530.

Ἱππόθεν ἐξίμεναι, Ex equo illo ligneo exire, ἐξελθεῖν, ἱππόθεν ἐκχύμενοι, *Od.* Θ. 515.

Ξίφεος δ' ἐπεμαίετο κώπην, gladii autem ſui capulum cupide tenebat & apprehendebat manibus, *coll.* 531. nam non id faciebat, impetum facturus in præfectum ſuum, Ulyſſem, ſed contra hoſtes Trojanos pugnandi cupidus. πάντων οἰῶν ἐπεμαίετο νῶτα, *Od.* Ι. 441.

v. 531.

Χαλκοβαρὴς, *Il.* Ο. 465.

Κακὰ δὲ Τρώεσσι μενοίνα, mala enim Trojanis moliebatur, προεθυμεῖτο.

v. 532

Ὅτε δὴ Πριάμοιο πόλιν διεπέρσαμεν αἰπὴν, *Od.* Γ. 130.

v. 533.

Μοῖραν καὶ γέρας ἐσθλὸν ἔχων, Bonam prædæ portionem habens, & egregium honoris præmium præcipuum. μοῖρα eſt portio ex communi diviſione per ſortem; γέρας autem donum præcipuum, ante illam diviſionem electum & præbitum honoris cauſſa. Sermo eſt de Neoptolemo poſt captam Trojam redeunte in patriam.

v. 534.

Ἀσκηθὴς, Illæſus, *Od.* Ι. 79.

Οὔτ' ἄρ βεβλημένος ὀξέϊ χαλκῷ, neque eminus (πόρρωθεν) percuſſus acuto ære.

v. 535.

V. 535.

Οὔτ' αὐτοσχεδίην οὐτασμένος, Neque cominus (κατὰ πληγὴν) vulneratus. αὐτὸν ἔπληξε αὐτοσχεδίην, ſc. πληγὴν, er gab ihm einen Hieb vor der Fauſt, *Il.* M. 192.

Οἷά τε πολλὰ Γίνεται ἐν πολέμῳ, ſicut ſæpe Fit in bello. Vide ad *v.* 363.

V. 536.

Ἐπιμὶξ δέ τε μαίνεται Ἄρης, confuſe enim furit Mars, quaſi τὸ ἀλλοπρόσαλλον amans, καὶ κοινός, Mars belli communis. Τρῶες ὀρίνονται ἐπιμὶξ ἵπποι τε καὶ αὐτοὶ, cum impetu pugnant & adfliguntur pariter ipſi & equi eorum confuſe, *Il.* Λ. 525.

Μαίνεται, *i. e.* κινεῖται, ὅμως δὲ, ὡς τῆς κατὰ μάχην κινήσεως μανίᾳ ἐοικυίας διὰ τὸ ἐνθουσιᾶν.

V. 538.

Φοίτα, (*pro* ἐφοίτα) μακρὰ βιβῶσα, Ambulabat, magnis paſſibus, ſc. ψυχὴ Ἀχιλλέως, ſie gieng mit groſſen Schritten fort: & non eſt iſte adfectatus aliquis greſſus; ſed eſt deſcriptio valde proceri ſtaturâ: & tales habent naturaliter latos paſſus. ἐρχόμενον προπάροιθεν ὁμίλου, μακρὰ βιβῶντα, euntem ante agmen, & magnis paſſibus gradientem, *Il.* Γ. 22.

Σφοδελὸς, & ἀσφοδελὸς, οῦ, ὁ, locus, ubi herba illa, quoque dicta ὁ σφόδελος & ἀσφόδελος, abundat. Quatenus notat τόπον περιεκτικὸν τῶν σφοδέλων, acutum habet in ultima; quatenus herbam ipſam, in antepenultima: quamquam Attici utrumque ὀξυτόνως ponere ſoleant. Eſt ab ἡ σποδὸς, οῦ, cinis; ob colorem: & α præfixum eſt abundans. Additur autem hæc herba mortuorum regioni, ob Etymologiam, & τὸ πρὸς τὴν σποδὸν ὁμοιόφωνον, καὶ διὰ τὴν σποδὸν τῶν καιομένων νεκρῶν, mortui enim ſunt pulvis (cinis) & umbra, ex more antiquo. Plantabatur inde hæc herba ad monumenta & ſepulcra; unde Epigramma ſepulcri: νώτῳ μὲν μαλάχην καὶ ἀσφόδελον πολύρριζον, κόλπῳ δὲ τὸν δεῖνα ἔχω, in dorſo meo habeo malvam & aſphodelum, at in ſinu meo hunc vel illum. Dicitur ea herba πολύρριζος, quia habet radicem multis bulbis, & quia per radices ſe celeriter multiplicat,

cat, & multum loci occupat. Ὁ ἀσφοδελὸς λειμὼν, apud inferos, pratum continens aſphodelos, ὁ τῶν καθ' ἕκαστα ἀσφοδέλων περιεκτικός. & ratio fictionis apparet ex etymo, & ex eo, quod ante dictum eſt & de ſepulcris.

V. 539.

Γηθοσύνη, *ſcil.* ψυχὴ, anima Achillis apud inferos: Læta & contenta in ſe, quod audiret, filium eſſe egregium virum. Niſi legendum eſt, γηθοσύνῃ, præ lætitia: ſed præſtat Adjectivum.] Vide ad *Il.* N. 29. CLARK.

Ὅ οἱ υἱὸν ἔφην ἀριδείκετον εἶναι, quod ei dixi, filium ejus eſſe præſtantiſſimum, & certum aliorum præſidium, admirabilem. πάντων ἀριδείκετε λαῶν, ſupra *v.* 354.

V. 540.

Ψυχαὶ νεκύων κατατεθνειώτων, ſupra *v.* 37.

V. 541.

Εἴροντο δὲ κήδε' ἑκάστη, *ſc.* ψυχὴ ἐν ᾅδου, narrabant enim ſingulæ ærumnas ſuas, ἔλεγον: ſed, quæ dixerint, non narrat Poëta; innuit tantum, ſe poſſe multa interſerere, ſi velit.

V. 543.

Νόσφιν ἀφεστήκει, Remote ſtabat.

V. 544.

Ἐγὼ νίκησα, δικαζόμενος παρὰ νηυσὶ, ego in judicio vici apud naves. δικαζέμεν, *Il.* A. 542. ἀμοιβηδὶς δ' ἐδίκαζον, alternis de jure pronuntiabant; de judicibus publicis, *Il.* Σ. 506. ἐς μέσον ἀμφοτέροισι δικάσατε, utriſque nobis jus ex æquo dicite; de arbitris, *Il.* Ψ. 574. ἐγὼ αὐτὸς δικάσω, ipſe dijudicabo rem, *ibid.* 579.

V. 545.

Ἔθηκε δὲ τεύχεα πότνια μήτηρ, propoſuit autem arma veneranda mater, ut de iis contenderetur.

V. 546.

Παῖδες δὲ Τρώων δίκασαν καὶ Παλλὰς Ἀθήνη, Nobiles autem Trojani judices erant & Pallas Minerva, inter Ajacem & Ulyſſem.

V. 547.

v. 547.

Ὡς δὴ μὴ ὄφελον νικᾶν —, daß ich doch nicht hätte gewinnen müſſen!

v. 548.

Τοίην — κεφαλὴν, Tam egregium virum principem. ἐπὶ τῦ τιμιωτάτε μέρυς ὅλος ὁ ἄνθρωπος λέγεται. Vide ad Od. Λ. 343.

Τοίην γὰρ κεφαλὴν ἕνεκ᾽ αὐτῶν γαῖα κατέχει, Talem enim virum ob iſta *arma* terra detinuit, *i. e.* mortuus erat talis.

v. 549.

Ὃς περὶ μὲν εἶδος, πέρι δ᾽ ἔργα τέτυκτο τῶν ἄλλων —, de Ajace, *i. e.* περισσότερον τῶν ἄλλων ἐτέτυκτο, de naturæ dono id dictum: qui ſupra alios omnes erat, quod formam & quod opera attinet. ſic *Il.* P. 279.

v. 552.

Αἶαν, *Il.* H. 288.

Οὐκ ἄρ᾽ ἔμελλες Οὐδὲ θανὼν λήσεσθαι ἐμοὶ χόλυ; inquit Ulyſſes ad umbram Ajacis apud inferos: nonne ergo eras Ne mortuus quidem obliturus iræ contra me?

v. 553.

Εἵνεκα τευχέων Οὐλομένων, ob arma illa Infelicia: quæ Ajaci fuerunt cauſa mortis voluntariæ.

v. 554.

Οὐλόμενος, ſupra *v.* 409. *Od.* K. 394.

Τὰ δὲ (εἰς) πῆμα Θεοὶ θέσαν Ἀργείοισιν, illa, arma Achillis, autem Dii fecerunt, ut eſſent ingens malum Græcis.

v. 555.

Πύργος, Ajax Telamonius, eine Burg und Bruſtwehre. Vide ad *Od.* Z. 262.

Τοῖος γὰρ σφιν πύργος ἀπώλεο, Tale enim iis propugnaculum periiſti, amiſſus es.

v. 556.

Ἶσον Ἀχιλλῆος κεφαλῇ, Æque ac ob Achillem, Sicut de Achille, wie um die Perſon des Achilles. Vide ad

v. 548. αὐτὸν ἔτιον ἶσον ἐμῇ κεφαλῇ, i. e. ὡς ἐμαυτὸν, Il. Σ. 82.

v. 557.

Σεῖο δ' Ἀχαιοὶ Ἶσον Ἀχιλλῆος κεφαλῇ — Ἀχνύμεθα φθιμένοιο, *ſc.* ἕνεκα, lugebamus ob te pereuntem, æque ac ob Achillem occiſum: nam participium pertinet ad utrumque.

Διαμπερὲς, perpetuo.

v. 558.

Ἄιτιος, *Od.* Θ. 311. αἰχμητὴς, *Od.* Β. 19.

v. 559.

Ἐκπάγλως ἤχθηρε, ſupra v. 436.

Τεὶν δ' ἐπὶ μοῖραν ἔθηκεν, *ſc.* Ζεὺς, tibi vero impoſuit fatum mortis *ſeu* fatalem mortem, τὴν τοῦ θανάτου μοῖραν. Τεὶν, *Od.* Δ. 619.

v. 560.

Ἀλλ' ἄγε δεῦρο, Sed age huc. Poſſit tamen & eſſe, hic, *ſc.* morare paullulum.

Ἵν' ἔπος καὶ μῦθον ἀκούσῃς, eſt Synonymia.

v. 561.

Δάμασον δὲ μένος, doma autem iram firmam.

Καὶ ἀγήνορα θυμόν, & ferocem animum.

v. 562.

Ὁ δέ μ' οὐδὲν ἀμείβετο, βῆ δὲ μετ' ἄλλας] Vide Hrn. Breitingers Crit. Dichtkunſt, *Tom. I. p.* 433.

v. 564.

Ἔνθα χ' ὁμῶς προσέφη κεχολωμένος, ἤ κεν ἐγὼ τὸν, Ibi tamen ſimiliter allocutus eſſet me iratus; certe ſane ego eum ulterius allocutus eſſem.

v. 567.

Μίνως, ωος, ὁ, rex Cretæ, filius Jovis & Europæ, celeberrimus in hiſtoriis priſcis, ὡς εὐγενὴς καὶ λόγιος καὶ ἀνακαθαίρων τὰς πειρατάς. Severiſſimus contra malos, & mare expurgans piratis: alioqui juſtus & legislator. Deſcribitur hîc ut Judex apud inferos.

v. 568.

v. 568.

Χρύσεον σκῆπτρον ἔχοντα, Aureum ſceptrum tenentem. Conf. FEITH. *L. II. C. IV. §. III.* LAKEM. *Obſerv. Philol. P. II. Obſ. III. De campo Elyſio, in Meſſenia ſito. §. IIX.* nec non *P. VIII. Obſ. IV. ad Pſ. II: 9. §. I.*

Θεμιστεύοντα νεκύεσσιν, jus dicentem mortuis; jura ponentem iis. Θεμιστεύει δὲ ἕκαστος (Cyclopum) παίδων ἠδ' ἀλόχων, *Od.* I. 114.

v. 569.

Οἱ δέ μιν ἀμφὶ δίκας εἴροντο ἄνακτα, illi vero de juſto & jure interrogabant regem.

v. 570.

Ἥμενοι, ἑσταότες τε, *Les unes (ombres) étoient aſſiſes, & les autres debout,*] Celles qui étoient debout, c'étoient celles qui plaidoient pour accuſer ou pour défendre; & celles qui étoient aſſiſes, c'étoient celles pour lesquelles ou contre lesquelles on plaidoit, & qui alloient être jugées. DAC.

Κατ' εὐρυπυλὲς Ἄϊδος δῶ, *i. e.* δῶμα, ad domum & ſedem Orci, latas portas habentem: nullæ enim portæ magis patent, quam mortis. ſic *Il.* Ψ. 74.

v. 571.

Ὠρίωνα πελώριον. Orionem ingentem.

Εἰσενόησα, animadverti.

v. 572.

Θῆρας ὁμοῦ εἰλεῦντα, Feras una cogentem & includentem. *Jon.* pro εἰλοῦντα.

Κατ' ἀσφοδελὸν λειμῶνα, notantur plagæ venatoriæ umbraticæ, in quas agebat feras ſuas umbraticas apud inferos. Vid. ad *v.* 538.] Cela eſt heureuſement imaginé, pour faire entendre, ſelon la Théologie Payenne, que les hommes portent dans l'autre vie les mêmes paſſions qui les ont agitez dans celle-ci. DAC.

v. 573.

Τοὺς αὐτὸς κατέπεφνεν ἐν οἰοπόλοισιν ὄρεσσι, Quas ipſe occiderat in deviis montibus. Simulacra iſta ferarum apud

inferos ſectantur ſimulacrum Orionis, quas vivus occiderat: eæ feræ, quas interfecit olim, circa eum ſunt apud inferos ut εἴδωλα, umbræ.

Οἰοπόλος, ὁ, ἡ, deſertus, ἔρημος, ἐν ᾧ οἶος πολεῖ, einſam. χώρῳ ἐν οἰοπόλῳ, *Il.* N. 473. ubi ſermo eſt de apro, habitante in deſerto. σταθμῷ ἐν οἰοπόλῳ, in ſtatione ſolitaria, *Il.* T. 377. ubi ſermo eſt de igne nocturno, qui ad mare ex monte aliquo relucet nautis.

v. 574.

Χερσὶν ἔχων ῥόπαλον, Manibus geſtans clavam: de Orione; ergo non ſolus Hercules ῥοπαλοφόρος. Κύκλωπος μέγα ῥόπαλον, *Od.* I. 319.

Ῥόπαλον παγχάλκεον, clavam ferream. ἄορ παγχάλκεον, enſem totum ex ferro, *Od.* Θ. 403.

Ἀαγὴς, ἐος, ὁ, ἡ, non fractus, non frangendus, ἄκλαστος, ἄθραυστος, μὴ ἀγνύμενος, qui non frangitur. ex α priv. & ἄγω, frango.

Ῥόπαλον ἀαγὲς, clava firmiſſima, quæ non frangitur; nam erat παγχάλκεον.

v. 575.

Καὶ Τιτυὸν εἶδον,] Ce Tityus eſt l'image de ceux qui ſont devorez par les paſſions, & ſur tout par l'amour, dont les Anciens plaçoient le ſiege dans le foie. *Le veritable Tityus*, dit *Lucrece*, Liv. III. *eſt celui dont le cœur eſt déchiré par l'amour, qui eſt devoré par de cuiſantes inquietudes, ou tourmenté par d'autres cuiſants ſoucis:* DAC. Vide, præter multos alios, BANIERS Götterlehre, IV Band, *p.* 160 *ſqq.*

Γαίης ἐρικυδέος υἱὸν, Telluris valde venerandæ filium. *coll.* 579. nam Dea Tellus major eſt Latona. ἐρικυδέα δαῖτα, *Od.* K. 182.

v. 576.

Κείμενον ἐν δαπέδῳ, ſolum terræ ſub dio notatur. re vera autem & extra poëſin, is Tityus erat περὶ γῆν κεκυφὼς τὰ πολλὰ, διὰ τὸ γεωργικόν.

Ὁ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο πέλεθρα, is vero occupabat corpore novem jugera. πεσὼν ἐπέσχε πέλεθρα ἑπτὰ, *Il.* Φ. 407. ubi ſermo eſt de Marte, pugnante contra Minervam.

v. 577.

Γῦπε δέ μιν ἑκάτερθε παρημένω, Vultures autem duo utrinque adſtantes & additi ei.

Γύψ, *Il.* Δ. 237.

Ἧπαρ ἔκειρον, hepar depaſcebantur, abſumebant. κείρεσθαι, *Od.* Α. 378. κείρεσθαι, *Od.* Δ. 198.

Ἧπαρ, *Od.* Ι. 301.

v. 578.

Δέρτρον, ου, τὸ, omentum inteſtinis incumbens, der Schmeerbauch über den Därmen, in ſpecie etiam das fette Netz über den Därmen.

Δέρτρον ἔσω δύνοντες, Intra abdomen & omentum penetrantes, In abdomen ſe immergentes.

Ὁ δ' οὐκ ἀπαμύνετο χερσὶ, nam ille non poterat prohibere manibus.

v. 579.

Λητὼ γὰρ ἥλκησε, Latonam enim violare voluerat inceſte. ab ἑλκέω. Augmentum eſt regulariter poſitum, & notat verbum πειρᾷν, ἐπὶ βίας τιθὲν γυναικὸς, ſi fœminæ vis intentatur impudice. ceterum ſic eſt ab ἕλκω.] Proprie eſt *rapuit*, quod & Latini de eo dicunt, qui vim fœminæ facit. Unde *Horatio* dictus *Tityus raptor.* De verbo vid. *Euſtath.* qui aliud εἵλκυσε ait eſſe, aliud ἥλκησε, quod tamen vix credo. ERN.

Λητὼ, Διὸς κυδρὴν παράκοιτις, Latona, Jovis veneranda conjux. ſic Ἥρη, *Il.* Σ. 184.

v. 580.

Πυθώδ' ἐρχομένην] Πυθὼ, πόλις τῆς Φωκίδος. *Schol.* Vid. ad *Od.* Θ. 80.

Καλλίχορος, ου, ὁ, ἡ, pulcre choreas ducens. Eſt quoque Epith. *regionis* vel *civitatis felicis*, ubi incolæ vivunt hilares.] Ad καλλίχορος tranſferenda, quæ de εὐρύχορος dicta ſunt ad *Il.* Β. 498. ERN.

Πανοπῆος] Πανόπη, πόλις Φωκίδος. *Schol.*

v. 581.

Καὶ μὴν Τάνταλον εἰσεῖδον,] C'eſt la veritable image des avares, qui meurent de faim & de ſoif au milieu de la

plus grande abondance. *Horace* a bien employé cette image dans *la Sat. I. Liv. I.* DAC. Vide, inter alios, BANIERS Götterlehre, IV. Band, *p.* 166. *ſqq.*

Χαλέπ' ἄλγε' ἔχοντα, miſeras ærumnas patientem. col. 592.

v. 582.

Ἑσταότ' ἐν λίμνῃ, Stantem in lacu.

Ἡ δὲ (λίμνη) προσέπλαζε γενείῳ, aqua vero ſtagni accedebat *vel* appropinquabat ad mentum ejus, *pro* προσεπέλαζε, das Waſſer gieng ihm bis ans Kinn: de Tantalo in media aqua ſtante. ἄκρῃ προσπελάσας νῆα. *Od.* I. 285.

Γένειον, *Il.* Θ. 371.

v. 583.

Στεῦτο δὲ διψάων, Stabat enim ſitiens. *pro* ἵσατο, quaſi ἵστειτο: interſerto υ, & omiſſo augmento. στεῦται γάρ τι ἔπος ἐρέειν Ἕκτωρ, er ſtellet ſich ſo hin, als wolle er reden, *Il.* Γ. 83. στεῦται γὰρ νηῶν ἀποκόψειν ἄκρα κόρυμβα, confirmat enim, ſe abſciſſurum eſſe extremas partes navium, διαβεβαιοῦται, er ſetzet dieſes Verſprechen feſte, er verſichert, *Il.* I. 241. στεῦτο γὰρ εὐχόμενος νικησέμεν, affirmabat enim glorians, ſe victurum eſſe, ἐνσταλικῶς ἔλεγε, er beſtuhnde beharrlich darauf, er werde ſiegen, *Il.* B. 597. στεῦτο γάρ, παρ' Ἡφαίστου οἰσέμεν τεύχεα, recipiebat enim in ſe, allaturam ſe eſſe arma a Vulcano, *Il.* Σ. 191. στεῦτο, ἀμφοτέρων ἀποκόψειν οὔατα, conſtituebat enim ſecum, ſe abſciſſurum aures utriſque, *Il.* Φ. 455.

Πιέειν δ' οὐκ εἶχεν ἑλέσθαι, ad bibendum autem non poterat *vel* valebat capere aquam.

v. 584.

Ὁσσάκι γὰρ κύψει' ὁ γέρων, Quoties enim caput declinaret ſenex Tantalus. & ſequitur, Τοσσάχ', So oft als er den Kopf niederbücken wollte zu trinken; ſo oft —. κύψαντι, ei, cum inclinaret corpus, *Il.* Δ. 468.

Πιέειν (*pro* πιεῖν) μενεαίνων, bibere cupiens; de Tantalo.

v. 585.

Τοσσάχ', *pro* Τοσάκι, Toties.

Ὕδωρ

Ὕδωρ ἀπολέσκετ', (ἀπολέσκετο,) aqua peribat, es verſang. *Jon.* pro ἀπώλετο.

Ἀναβρόχω, deglutio, abſorbeo. *& ponitur *propr.* de ingentibus voraginibus, quæ cum ſono in ſe trahunt &c. deinde *in genere* inglutio per guttur. ὕδωρ ἀναβροχὲν, de Tantalo, cui terra ſubtrahebat aquam, & in ſe reſorbebat, quoties is vellet bibere: aqua reglutita.

v. 586.

Γαῖα μέλαινα φάνεσκε, de Tantalo aquam fruſtra captante; Fundus ater apparebat ei. *i. e.* ἔφανε, aor. 2. Act. *Jonica* terminatione & forma.

Ἀζηνάσκω, & καταζηνάσκω, eſt forma *Jonica* ab ἄζω, ſicco, arefacio, ξηραίνω. Ab hoc eſt ἀζαίνω; inde ἀζήνω, & ἀζηνάσκω.

Καταζήνασκε (ſine angmento, *pro* κατηζήνασκε) δὲ Δαίμων τὸ ὕδωρ, Gott ließ das Waſſer eintroknen.

v. 587.

Δένδρεα — ὑψιπέτηλα, Arbores — alte expanſæ, alte patulæ. *Od.* Δ. 458.

Δένδρεα — κατακρῆθεν χέε καρπὸν, de Tantalo, cujus ſuper capite arbores expandebant variôs fructus. Et hic locus maxime illuſtrat vocem κατακρῆθεν. Poſſit tamen & h. l. eſſe: ex cacumine ſuo porrigebant fructum, declinantibus ſe ramis verſus Tantalum. Τρῶας δὲ κατακρῆθεν λάβε πένθος ἄσχετον, Trojanos præcipiti modo cepit luctus non cohibendus, *Il.* Π. 548. *coll.* 552. ubi tamen & eſſe poſſit, *ſingulos*; vel cepit *capita* eorum, i. e. animôs: imo, *viritim*, einen jeden für ſeine Perſon.

Χέε καρπὸν —, expandebant & præbebant largiter fructus ſuos. (ad caput ejus arbores.)

v. 588. 589.

Vide ad *Od.* H. 115. 116.

v. 590.

Ὁπότ' ἰθύσει' ὁ γέρων, quum conari vellet ſenex. Ἴθυσαν δὲ πολὺ προτέρω, recta perrexerunt ulterius multo, *Il.* Δ. 507.

Ἴθυσε

ἴθυσε μάχη, pugna impetum fecit huc illuc, *Il.* Z. ἰθύει, de leone: irruit, *Il.* Λ. 551. ὅππη δ' ἰθύει, τῇ κεῖνται στίχες ἀνδρῶν, ubi impetum facit, ibi cedunt or nes virorum; *Il.* M. 48. ἴθυσε νεὸς, irruit recta con navem, *Il.* O. 693.

Τῶν ὁπότ' ἰθύσει' ὁ γέρων ἐπὶ χερσὶ μάσασθαι, Quos (fructus *vel* arbores) ſi quando conaretur ſenex manil contingere, ἐφάψασθαι. χειρὶ ἐπιμασσάμενος, *Od.* I. 3 τὸν δ' ἐπιμασσάμενος, *ibid.* 446.

V. 591.

Τὰς δ' ἄνεμος ῥίπτασκε ποτὶ νέφεα, Eos ventus jactabat nubes, verſus altum. ῥίπτασκεν τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ, dejic bam apprehendens eum de limine cœleſti; & loqui Jupiter, *Il.* O. 23. δίσκον ῥίπτασκε, *Il.* Ψ. 827.

Νέφεα σκιόεντα, *Od.* Θ. 374.

V. 592.

Καὶ μὴν Σίσυφον εἰσεῖδον, Et profecto Siſyphum c templabar, intuebar,] Siſyphe eſt l'emblême des bitieux. Homere ne nous fait voir, qu'un crim puni pour chaque vice, mais par-là il nous fait env ger le ſupplice de tous ceux qui ont vêcu dans le me déreglement. DAC. Vide, præter alios, R NJENS Götterlehre, IV. Band, *p.* 154. *ſqq.*

Κρατέρ' ἄλγε' ἔχοντα, duros dolores patientem.

V. 593.

Λᾶαν βαστάζοντα πελώριον ἀμφοτέρῃσιν, *ſc.* χερσὶν, P trudentem ante ſe in ſublime lapidem ingentem aml bus. Hoc βαστάζειν ergo fiebat, propellendo per arc um oppoſitis manibus.

Λᾶαν — πελώριον, ſaxum ingens & mirandum.

V. 594.

Σκηρίπτομαι, fulcio me, innitor. σκηρίπτω, fulcio. *idem quod* σκήπτω, & σκήπτομαι, inſerta ſyllaba epent tica ρι.

Σκηριπτόμενος χερσίν τε ποσίν τε, de Siſypho ſaxum v vente ſurſum: cum niteretur, & contra fulciret ſe i nibus pedibusque; ut ergo ἀντέρεισιν notet *h. l.*

V. 5

v. 595.

Λᾶαν ἄνω ὤθεσκε (forma *Jonica* imperfecti, pro ὤθει) ρὸς λόφον, Saxum ſurſum protrudebat ad verticem cli-
i. maxime proprie hîc poſitum verbum de re, quæ
πὸ τῶν κάτω ἐπὶ τὰ ἄνω βιάζεται: & contrarium ejus eſt
. 597. αὖτις ἔπειτα πέδονδε κυλίνδετο λᾶας, retro verſus planitiem
evolvebatur ſaxum.

λόφος *h. l.* ſummum *vel* ſuprema pars collis.

Ἀλλ' ὅτε μέλλοι ἄκρον ὑπερβαλέειν, ſed quando jam in
o erat, ut lapidem *S*uper ſuperiorem marginem mon-
is trajicere vellet.

v. 596.

Ἄκρον (*ſc.* λόφον) ὑπερβαλέειν ὅτε μέλλοι, wann er ihn
über den Rand des oberſten Gipfels ſchieben wollte, daß
r nun oben liegen bliebe, de Siſypho, lapidem ſuum
rgente. δουρὶ δ' ὑπειρέβαλον Φυλῆα, haſta mittenda ſupe-
avi eum, ich habe mit dem Spieſſe weiter geworffen
ls er, im Wurf-Spieſſe übertraff ich ihn, ὑπερηκόντισα,
. Ψ. 637.

Τότ' ἀποστρέψασκε κραταιΐς, tunc ſaxum avertit illa Dea,
t decurreret ſaxum de monte. αὖτόν ἀποστρέψασκε (*Jon.*
ro ἀπέστρεψε) πρὸς πεδίον, eum avertit inde a muro ver-
is campum, *Il.* X. 197.

Κραταιΐς, ίδος, ἡ, vis, ſuperioritas. Eſt & nomen
roprium Dæmonis muliebris, ut manifeſto apparet ex
d. M. 124. βωστρεῖν δὲ Κραταιΐν, μητέρα τῆς Σκύλλης, in-
oca Kratæin, matrem Scyllæ. Sed *h. l.* τότε ἀποστρέ-
ψασκε (ἀπέστρεψε, *ſc.* τὸν λᾶαν τοῦ Σισύφου) Κραταιΐς, tunc
vertebat lapidem Kratæis. Habetur quoque ab accura-
tioribus pro Dæmone poëtico muliebri, ut notetur δαίμων
τις ἰσχυρὰ, ἣ ὑποφέρεσθαι ἐποίει κάτω τὴν πέτραν ἀποστρέψασα.
Alii tamen diviſim legunt: κραταί' ἴς, *i. e.* κραταιὰ ἰσχὺς
τοῦ λίθου: nec mirum, ſi ἶνα ponit de ſaxo, quod &
ἀναιδὲς vocat *v. ſeq* Alii contendunt, eſſe adverbium,
pro κραταιῶς, & verbum ἀπέστρεψε exponunt intranſitive,
avertit ſe. Sed tamen, ſi conferas locum ex *Od.* M.
adductum, prævalebit eorum ſententia, qui κραταιΐς
vel pro nomine proprio, vel pro nomine ſubſtantivo
habent.

V. 597.

Αὖτις ἔπειτα πέδονδε κυλίνδετο λᾶας, Retro deinde ad planitiem devolvebat ſe ſaxum.

Λᾶας ἀναιδὴς, lapis irreverens, qui non verecundatur missus. & dicitur id quaſi de ἐμψύχῳ. ita *Il.* Δ. 521. ἀναιδέος πέτρης, aſperæ petræ, & quaſi duræ frontis, *Il.* N. 139. ὦ μέγ' ἀναιδὲς, ο valde perfrictæ frontis, o valde irreverens aliorum, qui bene de te merentur, *Il.* A. 158. μνηστῆρσιν ἀναιδέσι, *Od.* A. 254.

V. 598.

Αὐτὰρ ὅγ' ἂψ ὤσασκε (*Jon.* pro ὦσε) τιταινόμενος, Sed ille retro pellebat ſaxum, contendens & intendens ſe: ea eſt enim figura τοῦ ὠθοῦντος, ὃς χεῖράς τε καὶ πόδας τιταίνει, βιαζόμενος (vi urgens) τὸ ὠθούμενον. προπάροιθε θρόνων ἐτίταινε τραπέζας, *Od.* K. 354.

Κατὰ δ' ἱδρὼς Ἔῤῥεεν ἐκ μελέων, ſudor autem Defluxit ex membris.

V. 599.

Κονίη δ' ἐκ κρατὸς ὀρώρει, pulvis vero ſupra caput molientis ſaxum attollebatur *vel* attollebat ſe: pulvis autem circa caput molientis lapidem exoriebatur & denſus volabat; de Siſypho.

V. 600.

Βίη Ἡρακληείη, *i. e.* ipſe Hercules, præſtans robore & virtute. Vide ad *Il.* B. 658.

V. 601.

Εἴδωλον, ſupra *v.* 212.

V. 602.

Τέρπεται ἐν θαλίῃς, (*pro* θαλίαις,) Hercules; cujus εἴδωλον eſt apud inferos, ipſe apud Deos oblectat ſe in ſplendidis conviviis, delectatur apud Superos lætis conviviis & beata vita.

Θαλίῃς] ταῖς τῶν Θεῶν εὐωχίαις. *Schol.* ὅς μοι τηλύγετος τρέφεται θαλίῃ ἐνὶ πολλῇ, inquit Agamemnon de filiolo ſuo unico, domi relicto, *Il.* I. 143.

Καλλίσφυρος Ἥβη. καλλίσφυρος Ἰνώ, *Od.* E. 333.

Ἥβη, ης, ἡ, mythice eſt filia Junonis, conjux Herculis in cœlo: & οἰνοχοεῖ Θεοῖς, miniſtrat præterea Junoni, Martem-

Martemque fratrem ſuum lavat, ut Heroinæ illo ævo facere conſueverunt, *Il.* Δ. 2. E. 722. *ſqq.* 905. Notat non ſeneſcentem, ſed ſemper viridem & vegetam Cœleſtium conditionem.

v. 600 — 602.

Homeri de mortuorum animabus, earumque in inferis ſtatu explicata doctrina diligenter eſt animadvertenda. Quod niſi fiat, quis illud intelligere poterit, quod de Hercule refert Ulyſſes, ſe nempe Herculeam vim, *h. e.* Herculis idolum apud Inferos vidiſſe; ceterum ipſummet Herculem in cœlo cum beatis Diis degere, eorumque conviviis oblectari? RICC. *Diſſ. Hom. Tom. III. p.* 151. *ſq.*

v. 603.

Χρυσοπέδιλος, ου, ὁ, ἡ, aureos calceos geſtans. *Junonis* Epith. ex χρυσὸς & πέδιλον, ου, τὸ, calceus ſupra talos procedens, eine Art von halben Stiefeln.

v. 604.

Ἀμφὶ δέ μιν κλαγγὴ νεκύων ἦν, Circa autem ipſum ſonitus mortuorum erat,] Ceux qu'il avoit domptez & punis en cette vie; ou qui, pour ſe dérober à ſa vengeance, s'étoient cachez dans des cavernes, le craignoient & le fuyoient encore après la mort. DAC.

Οἰωνῶν ὡς, velut avium.

v. 605.

Πάντοσ' ἀτυζομένων, Undique agitatarum, *vel* perturbatarum, ταρασσομένων. Niſi malis hoc participium ad νεκύων referre: metu & admiratione captorum ἵππω γὰρ ἀτυζομένω πεδίοιο, *Il.* Z. 38. de hominibus, ἀτυζόμενοι πεδίοιο οἱ Ἀχαιοὶ, alienatis mentibus exiſtentes per campum, *Il.* Σ. 7. πατρὸς φίλου (πρὸς) ὄψιν ἀτυχθεὶς, ad patris ſui conſpectum conturbatus puerulus, *Il.* Z. 468. ἀτυζομένους ὑπὸ καπνοῦ, confuſos mente a fumo, *Il.* I. 243. ἀτυζόμενοι φοβέοντο, perterriti & amentes fugiebant; *Il.* Z. 41. Φ. 4. ἀτυζομένην ἀπολέσθαι, mente captam, uſque ad moriendi periculum, *Il.* X. 474.

Ἐρεμνῇ νυκτὶ ἐοικὼς, *i. e.* σκοτεινῇ. ἐρεμνὴν αἰγίδα, atram ægidem, *i. e.* nubem tonitruum & fulminum plenam, *Il.* Δ. 167.

v. 606.

Γυμνὸν τόξον ἔχων, Arcum nudum a theca ſua (τὸ ἔξω γωρυτῦ) habens.

Καὶ ἐπὶ νευρῆφιν (*pro* νευρῆς) ὀϊςὸν, & ad nervum ſagittam.

v. 607.

Δεινὸν παπταίνων, Severo vultu circumſpectans, Hercules: ut jaculabundus, & in id, quod ferire vellet, intentus. παπταίνων ἥρωα Μαχάονα, oculis quærens eum, ſicubi videret, *Il.* Δ. 200.

Αἰεὶ βαλέοντι ἐοικὼς, ſemper jaculaturo ſimilis. fut. 2. partic. diſtracto circumflexo, βαλῶν, βαλέων, ex quo deinde obliqui formantur.

v. 608.

Σμερδαλέος δέ οἱ ἀμφὶ περὶ ςήθεσσιν ἀορτὴρ, Ad ſtuporem autem uſque conſpiciendus ei circa pectus baltheus. ἀορτὴρ, *Il.* Λ. 31.

v. 609.

Χρύσεος ἦν τελαμὼν, Auro inductum vel diſtinctum erat lorum, mit Gold geſtickt voll Figuren. τελαμὼν, *Il.* B. 388.

Θέσκελα ἔργα, unvergleichliche Arbeit. Vide ad v. 373.

Ἵνα θέσκελα ἔργα τέτυκτο, ubi egregia & admiranda opera inſculpta quaſi & inſerta erant, wo vortrefliche Arbeit daran gemacht war. τέτυκτο, ſupra *v.* 549.

v. 610

Ἄρκτοί τ', Urſique: quibus venandis operam dat Hercules. De ſigno vero cœleſti eſt *Il.* Σ. 487. ἄρκτον θ', ἣν καὶ ἄμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν, & urſam, quam cognomento etiam plauſtrum vocant. Sic & *Od.* E. 273.

Ἀγρότεροί τε σύες, agreſtesque apri. μετ' ἀγροτέρας ἐλάφους, contra cervas agreſtes, *Od.* Z. 133.

Χαροπὸς, ῦ, ὁ, ἡ, eſt factum ab ὁ χάροψ, οπος, quod vi compoſitionis a χαίρω, gaudeo, eſt, gaudium oculis ſignificans & quia oculns eo in ſtatu colore certo emicat; hinc τὸ χαροπὸν eſt χρῶμα τοῦ ὀφθαλμοῦ δηλωτικὸν, quando circa pupillam oculi, rubens & ſplendens eſt circulus. χαροποί τε λέοντες, *i. e.* οἱ τοιούτους ἔχοντες ὀφθαλμούς. Dicitur idem & ἐπὶ παρδαλέων. Ab hac χαροπότητι etiam

χάρων

χάρων ὁ λέων dicitur, quaſi κατ' ἀντίφρασιν, μὴ χαρὰν ποιῶν, ἀλλὰ φοβερὸς καὶ θανατοποιός. Quanquam χαροπὸς non eſt a ποιέω, ſed ab ἡ ὄψις. Per eandem antiphraſin nomen habet ὁ Χάρων, ὁ ἐν ᾅδῃ portitor. LXX. *Gen.* 49: 12. habent: χαροποὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὑπὲρ οἶνον, quod idem eſt ac *homericum* iſtud χαροποὶ; nam & ibi de leone, vel ſaltem de Juda, ſub leonis imagine, ſermo eſt.

v. 611.

Ὑσμῖναί τε, μάχαι τε, φόνοι τ', ἀνδροκτασίαι τε. hæc omnia fere idem. ὑσμίνη, ſupra *v.* 416.

Ἀνδροκτασία, *Il.* E. 909.

v. 612.

Μὴ τεχνησάμενος μηδ' ἄλλο τι τεχνήσαιτο, hic optativus velut dubitative eſt poſitus, & duplex negatio fortius negat, hoc ſenſu: Is qui elaboravit hoc tam eximium opus, credi fortaſſe poteſt, tale opus aliud non elaboraſſe, der ſo das gemachet, mag wohl nichts dergleichen mehr gemachet haben; ut innuatur, illud opus fuiſſe unicum in ſuo genere, das einzige von der Art; οὐδὲν ἄλλο τοιοῦτο διὰ βίου ποιήσαιτο ὁ ποιήσας τοῦτο ἔργον, ἀλλ' ἢ μόνον ἐκεῖνο. Alii, ſatis inepte, accipiunt hunc verſum pro deteſtatione & imprecatione, quaſi diceret Poëta: Utinam non elaboraſſet hoc, (ut ad τεχνησάμενος ſubintelligatur εἴη,) & ne unquam elaboret aliud tale; ob eamque cauſſam comma ponunt poſt participium. Sed manifeſta eſt ineptia hujus explicationis: nam quid mali ortum eſt apud inferos ex hoc opere? Eſt potius apud Poëtam admiratio ſingularis alicujus artis in eo τελαμῶνι. ἶσον τεχνῆσαι, *Od.* H. 110.

v. 613.

Ὃς κεῖνον τελαμῶνα ἑῇ ἐγκάτθετο τέχνῃ, Qui illud lorum ſua elaboravit arte, variis expictum figuris: Qui illum balteum ſua arte variis figuris exornavit, nach ſeiner Kunſt mit güldenen Figuren beleget hat. *pro* ἐγκατέθετο. τοῦτον ἱμάντα τεῷ ἐγκάτθεο κόλπῳ, impone ſinui tuo, lege ihn dran, *Il.* Ξ. 219.

v. 615.

Καί μ' ὀλοφυρόμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα, umbra Her-

culis apud inferos alloquitur Ulyſſem, miſerando eum; voll Mitleiden. Vide ad *Od.* κ. 265.

v. 616.

Πολυμήχανος, ε, ὁ, ἡ, qui multa & bona novit conſilia, plenus conſilii multi, & qui multa novit prudentiſſime agenda. *Ulyſſis* Epith.. Vide etiam ad *Od.* Α. 205.

v. 617.

Ἆ δεῖλ', (*pro* δειλὲ,) Ah miſer! ἆ δειλοὶ, *Od.* Κ. 431.

Ἦ τινὰ καὶ σὺ κακὸν μόρον ἡγηλάζεις Ὅν περ ἐγὼν ὀχέεσκον ὑπ' αὐγὰς ἠελίοιο, inquit Hercules mortuus ad Ulyſſem vivum apud inferos. Hic apparet, ἡγηλάζειν & ὀχεῖν eſſe fere idem. Certe aliquod & tu malum fatum fers, quale & ego aliquando ferebam & ducebam ſub radios ſolis, *e. c.* cum canem ex inferno ad ſuperos adducerem: du muſt wohl auch eine böſe auferlegte Arbeit tragen.

Ηγηλαζω, *idem quod* ἄγω & ἀγινέω. Poſſis dicere, compoſitam eſſe vocem ex ἄγειν & ἐλᾷν, tragen und treiben; unde eſſet ἀγελᾷν (a quo ἡ ἀγέλη,) & per paragogen ἀγελάζειν, & Jonica mutatione vocalium ἡγηλάζειν.

v. 618

Ὅν περ ἐγὼν ὀχέεσκον (imperf. *Jon.* pro ὤχεον) ὑπ' αὐγὰς ἠελίοιο, *i. e.* ἔφερον, ἐβάσταζον, Quale & ego portabam ſub ſole. ὀχέοντας οἶζὺν, *Od.* Η. 211.] *Ferre ſolebam.* Vide ad *Il.* Α. 37. Β. 221. CLARK.

Ὑπ' αὐγὰς ἠελίοιο, ſupra *v.* 497.

v. 619.

Ἀυτὰρ οἶζὺν Εἶχον ἀπειρεσίην, ſed ærumnam Habebam infinitam, unendliche Noth.

v. 620.

Ὀϊζὺν ἀπειρεσίην. ἄγεις ἀπειρέσιαι, *Od.* Ι. 118.

Μαλα γὰρ πολὺ χείρονι φωτὶ Δεδμήμην, valde enim multo deteriori viro Subjectus eram: inquit Hercules de Euryſtheo, comparans ſe cum eo.

v. 621.

Δεδμήμην, *pro* ἐδεδμήμην, plusq. perf. Paſſ. v. δαμάω. δέδμητο, *Od.* Ε. 454.

Ὁ δὲ

'Ο δέ μοι χαλεπὺς ἐπετέλλετ' ἀέθλυς, ille vero mihi graves & periculoſos mandabat *vel* injungebat labores.

v. 622.

Καί ποτέ μ' ἐνθάδ' ἔπεμψε κύν' ἄξοντ', Et olim me huc miſit, ut ſibi adducerem canem, daß ich holen ſollte.

'Ου γάρ ἔτ' ἄλλον Φράζετο τῦδέ τι μοι χαλεπώτερον εἶναι ἄεθλον, non enim alium Exiſtimabat iſto mihi graviorem eſſe laborem, *ſcil.* Cerberum ἐξ ᾅδυ ἀγαγεῖν.

v. 623.

Φράζετο, Excogitare poterat & credebat.

v. 624.

'Ανενείκω, effero, ſurſum fero, ich hole oder bringe herauf. ex ἀνά & ἐνείκω, fero, porto.

Τὸν μὲν ἐγὼν ἀνένεικα καὶ ἤγαγον ἐξ 'Αΐδαο, *ſcil.* Cerberum.

v. 625.

'Ερμείας δέ μ' ἔπεμψεν, Mercurius autem me comitatus & proſecutus eſt.

v. 627.

'Αυτῦ μένον ἔμπεδον, ſupra *v.* 151.

v. 628.

Τὸ πρόσθεν, olim.

v. 629.

Προτέρυς ἴδον ἀνέρας, priſcos vidi Heroas, apud inferos.

v. 630.

Θεῶν ἐρικυδέα τέκνα, *ſc.* Theſeum & Pirithoum. Vide ad *v.* 575.

v. 631.

'Επὶ ἔθνε' ἀγείρετο μυρία νεκρῶν, *pro* ἐπηγείρετο, mortui innumeri congregabantur, conveniebant.

"Εθνεα νεκρῶν, *v.* 34.

v. 632.

'Ηχῇ θεσπεσίῃ, Cum clamore ingenti, *Od.* Γ. 150.

'Εμὲ δὲ χλωρὸν δέος ᾕρει, ſupra *v.* 43.

v. 633.

Γοργείη κεφαλὴ eſt nonnunquam ἡ ὅλη Γοργώ, nonnunquam ſola ejus facies. *h. l.* notat τὴν ὅλην Γοργόνα.] Μεδύσης, τῆς Γοργόνος, κεφαλήν. *Schol.* Cela eſt plaiſant, comme

comme ſi l'ombre même de la Gorgone avoit pû faire dans les Enfers ce que la Gorgone elle-même faiſoit dans cette vie, qui étoit de rendre immobiles & de convertir en pierres ceux qui la regardoient. Mais toute cette idée n'eſt que pour dire poëtiquement qu'il eut peur que ce ſujet ſi agréable ne l'amuſât trop long temps, & ne lui fit oublier ſon retour. DAC. Vide BANIERS Götterlehre, *Tom. IV. p.* 323. *ſqq.* & *p.* 326. *ſqq.*

Δεινοῖο πελώρου, terribilis monſtri. Vide ad *Od.* Κ. 168.

v. 634.

Ἀγαυὴ Περσεφόνεια, ſupra *v.* 212.

v. 636. 637.

Vide ad *Od.* Ι. 178. 179.

v. 638.

Κῦμα ῥόοιο, unda fluenti.

v. 639.

Εἰρεσίῃ, *Od.* Κ. 78.

Κάλλιμος οὖρος, ventus ſecundus admodum pulcer & ſerenus. χρόα κάλλιμον, *v.* 528.

Οὖρος. ἴκμενον οὖρον ἵει, ſupra *v.* 7.

FINIS

TOMI SEXTI.